



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

6

6-G

20



XXIV. 14. 33.

EE.3.



6-6.G.20

GERARDI IOANNIS VOSSII
DE
VETERVM POETARVM
TEMPORIBVS
LIBRI DVO,
QVI SVNT
DE POETIS GRÆCIS
ET LATINI S.



XAMSTELÆDAMI,
Ex Typographo JOANNIS BLAEV.

M D C L I I I .



GERARDI IOANNIS VOSSII

D E

P O E T I S

G R A E C I S,

LIBER SINGVLARIS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Neque Vossivm, neque
Opera ejus tibi lauda-
bo, Lector benevole,
nec huic vino istâ opus
est hederâ : cui enim ex scriptis
ejus non lucet, quod vir ille & in-
geniosos diligentia vicerit, & inge-
nio diligentes. In tanta siquidem na-
turæ bonitate, quanta non multis
singulis ætatibus contingit, magis
affixus hærebat libris, quam ii so-
lent, qui quo minus ingenio valent,
subsilio sibi comparant industriam.
Perspectum id omnibus qui eum
familiarius noverunt, nec dubium
esse

esse potest iis, qui in scriptis ejus
vel mediocriter sunt versati. Quare
cum nonnulli posthumi ejus filii
omnibus non tantum probantibus,
sed etiam plaudentibus in lucem
jam publicam prodierint; non du-
bito, quin hic ejus de Poetis
GRÆCIS & LATINIs partus,
eodem sydere nascetur, & obste-
tricante tuâ Lector benevolentia
suscipietur, quâ jam alii suscep-
tuerunt. Vale & fave.

GERAR-

GERARDI IOANNIS VOSSII
DE
VETERVM POETARVM
TEMPORIBVS
LIBER PRIOR,
QVI EST
DE POETIS GRÆCIS.

C A P V T I.

Oracula, quæ Sibyllarum dicuntur, esse supposititia,
& quando eorum vixerint auctores.

DE caussis ac origine Poësios satis diximus in commen-
tario de natura ac constitutione artis Poëticae. Seor-
sum nunc agere animus est de progressu, ac distinctis
antiquorum Poëtarum temporibus. Cum vero con-
veniat à vetustissimis esse auspicandum, primò in disquisitio-
nem venit, num Sibyllis, an Orpheo ac Musæo, an Homero &
Hesiodo, is honos potissimum debeatur. Sanè si ea est Sibyllino-
rum oraculorum antiquitas, quam sibi eorum auctores vindicant,
nullum poëma his vetustius habent Graci. Sed enim qua sic ho-
die & à multis retro seculis, inscribuntur, plane diversa sunt ab
iis, quorum Livius, & alii, ante Christianæ per orbem religio-
nis notitiam meminerunt. Quod primò evincitur ex argumento
plane dispari, cum gentilium illa non Christianum, sed gentilem
suaserint idolatriam.

Quale est Æsculapium ab Epidauro, matrem Idæam à Pessinunte, Ro-
mam esse arcessendam: præterea ad ædem Saturni esse immolandum,

A

ac

2 D E P O E T I S

ac lectisternium habendum: Iovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ vovendas: humanas esse hostias immolandas, Galli, & Gallæ, Græci, & Græcæ, ac similia. At Sibyllina, quæ exstant, invehuntur in Deorum cultum, & contra vires veri Dei filiique ejus Iesu Christi cultum suadent. At igitur sunt hæc ab illis, quæ Romæ à Xviris consuli solebant usque ad Theodosii senioris Imperium, ac imperante ejus filio Honorio à Stilichone combusta sunt, idque magno cum dolore gentilium: quod vel ostendunt versus Rutilii Numatiani in Gall. Itiner. lib. II:

Nectaratum Getæcis graffatus proditor atmis,

Ante Sibyllina fata cremavit Opis.

Odimus Althæam consunti fædere torris,

Nisæum crimen flere putantur aves.

At Stilicho æterni fatidæa pignorâ libri,

Et plena volunt præcipitare colus.

Et antea scriperat idem:

Quo magis est facinus diri Stilichonis acerbum,

Proditor arcani qui fuit imperii.

Non ita indignè tulisset Stilichonis factum tantus religionis Christianæ hostis, si ii libri continuissent mysteria omnia religionis Christianæ. Imò neque id si esset, ea Christiani concremassent.

Accedit, quod absurdum sit putare, cacas gentes, & in tenebris oberrantes, majori luce de Messia & Christiana fidei mysteriis fuisse divinitus illustratas, quam populum Israeliticum, quem in proprium peculium sibi Deus elegisset. Siquidem Sibyllina hac oracula longe apertius omnia prædicant de Christo, quam à Prophetis factum fuit.

Vt cùm Iéfaias contentus sit dicere virginem paritoram, Sibylla vocat eam virginem *Mariam*: & cum pueri nomen prætereat Propheta, Sibylla exprimit nomen *Iesu*, quod ipsa mater Domini non nisi jam despontata ab Angelo didicit. Nec ullus Propheta prædictit Christum esse baptizandum in Iordane. At Sibylla non hoc tantum dicit; sed addit fore, ut ibi θηράνεια fiat totius Trinitatis. Suntque plura id genus: cujusmodi mysteria si Deus gentibus revelavit, longè major iis lux affulserit, quam populo Dei electo, qui promissionem habuit venturi Messiae.

Adhuc Sibyllina gentium oracula intricata erant, & perplexa: hic

*hic contrà, si paucula experimus, omnia sunt liquida aper-
taque.*

Videlicet hæc ordine & tam perspicuè omnia enarrant, ut historia, non vaticinia videantur. Quam verò gentilium illa fuerint intellectu difficultia, ex eo est cognoscere, quod dicerent perplexa quæque esse foliis Sibyllæ obscuriora.

*Denique magna fuerit majestas oraculorum Sibyllinorum, si
Homerus ipse ei carmina sua sublegerit:*

Vt à Diodoro Siculo lib. xi refertur, ac à Boccho quoque proditum esse Solinus ait cap. viii.

*At à Sibyllinis hisce longè abest illa Homerica majestas, si per-
paucula quadam hemistichia excipiamus.*

Imò multa ne quidem satis Græca sunt. Etiam ineptiæ hic quædam: quale est, quod Δία ait vocatum Δημόγενεμπεν, quia missus esset in Phrygiam, ut Saturnum lateret: item quod Αδημ origo generis humani dicitur nomine suo signare quatuor mundi plagas, per Αδαντολιώ, per Δύσων, per alterum Αργελον, per Μυενηβελαν: quæ sine dubio sunt otiosi hominis commentum, non alicujus Γεωνδύσεω effatum.

*Atque ex his quidem dilucet, Sibyllina qua dicuntur oracula
neuquam esse genuina. Porro videndum, an non ex opere ipso
possit cognosci, quando auctor vixerit, vel vixisse se dicat. At-
que hoc ad institutum tria imprimis loca se offerunt, quibus at-
atem suam testetur non obscurè, sive unus is sit scriptor, sive plu-
res; de quo eadem videbimus. Ac primi quidem libri auctor
idem videtur ac ille secundi, propterea quod persecutatur secun-
dus id, quod in calce primi promittitur. Fuerit autem ille tem-
poribus diluvii universalis: imonurus Noachi, si de se scribenti
credimus.*

Nam ait se cum marito, & Noë, & affinibus ac eorum uxoribus, fuisse in Arca, tempore diluvii, cuius historiam, uti & eorum quæ con-
tigere ab origine mundi, eodem libro enarrat.

Alter locus est libro tertio, cuius auctor plurimis seculis recentior fuerit. Nam ait, ab initio regni Græcorum effluxisse annos mille quingentos. Sed hoc quadrifariam intelligi potest, pro quadruplici initio imperii Græcanici. Primum est ab Egialeo.

Quo nihil antiquius habent, res Græcorum, Pausania teste. Nempe is est, qui condidit imperium Egialeæ, seu Sicyonis.

Sic intelligi debeant tempora Naboris, & filii ejus Tharachi, qui Abrahami pater fuit.

Quomodo ab diluvio anni fuerint quasi trecenti, secundum rationes Hebræorum.

Alterum initium est ab Inacho, conditore regni Argivorum:

Quo nihil vetustius Græcis post Egialeum. Priscum ideo vocat Horatius lib. ii od. iii. Ac lib. iii od. xix opponit Inachum, & Codrum, illum ut regum Argivorum primum, qui multo antiquiores Atticis: hunc ut è regibus Atheniensibus ultimum.

Porrò Inachus incidit in tempora Isaaci Patriarchæ, quasi quinquennio à morte Abrahami.

Dependet ejusce rei notitia ex Ηεραῖς, quas veteres constituunt inter Inachum, & excidium Romanum. Sed de istoc potius audiendi Africanus, & Eusebius, quam Tatianus, Clemens Alex. & Strom. & Origenes lib. iv contra Celsum. Aliquanto enim hi juniorem faciunt Inachum, quam oportet.

Tertium initium est ab Ogyge:

A quo Eleusis in Attica est condita. Ab hoc etiam antiqua omnia dixerit Ogygia. Ejus etiam tempore memorabile in Attica diluvium contingisse dicitur.

Atque hoc etiam tempus incidit in etatem Isaaci: sed sensis.

Quid mirum? quando is Inachus paullo junior. Sanè Inachus Eusebio reponitur ad num. clx, Ogyges ad num. ccxxxvi. Prior numerus convenit

convenit ei tempori, quo nati Isaaco Esau & Iacob. Alter cum Iacob metu Esau in domo paterna abiit in Mesopotamiam, ubi serviit Labani.

Quartum initium est à Cecrope, primo Atheniensium rege.

Sive secundo, si Actæus ante eum imperavit, ut vult Pausanias.

Sic cœperit imperium Gracorum temporibus Mosis.

Nempe anno Mosis xxxv, secundum Eusebium: ante excidium Trojae annis CCCLXXV.

Pro tam vario initio variat etiam tempus, quo vixerit is scriptor. Si enim annos illos C I O I O ab Ægialeo numeremus: fuerit libri tertii scriptor tempore captivitatis Babylonicae. Si ab Inacho, vixerit tempore Ochi Persarum regis, & Philippi Macedonis, Amyntæ filii. Si ab Ogyge, aequalis sit eorum ducum, qui inter se partiti sunt imperium Alexandri M. Sin à Cecrope incipendum, incidet atas ejus in tempora Cæsaris Augusti.

Atque hæc de auctore libri tertii.

Supereft tertius locus, qui est libro quinto: ubi ait auctor se vidisse incendium secundum templi Vesta. quod contigit temporibus Commodi Imperatoris.

Nempe anno Vrbis Conditæ I O C C C C X L I V Cassio Aproniano, & M. Atilio Metilio Bradua II Coss. quando non modo ædis Vestæ, sed palatium etiam, & magna Vrbis pars incendio absunta: ut est apud Herodianum lib. I. At prius ædis Vestæ incendium fuit anno Vrbis I O X I I I A. Manlio Torquato, & Q. Lutatio Cerco Coss. Eo Pontifex M. erat L. Cæcilius Metellus, qui Pii nomen sortitus ob ea, quæ oculis ambustis brachio semiustulato tum temporis perpessus, dum Palladii, ac Penates, secreta imperii pignora, incendio eripit.

Ex his colligi videtur, non unum, sed tres minimum, esse horum oraculorum auctores. Deinceps ostendam, nullum esse exercitum, qui bona fide scripserit; sed omnes fucum fecisse lectori scientes, volentes.

Metuerem, ne parum placitura esset hæc sententia nonnullis, pro-

pterea , quod S. Patres Sibyllinorum oraculorum auctoritate impugnent gentiles : & multa adferant , quæ hodieque in his libris legere sit. Verumtamen , quæ superiùs commemoravi , ea adeò manifesta sunt , ut qui naris sunt non nimis obesæ , facilè possunt fraudem subodorari. Vel siquid dubii adhuc relinquatur , illud facile eximent , quæ deinceps adferam.

Primum enim , quis ita stulte sapit , ut persuadere sibi possit , primum secundumque librum scriptum esse ab aliqua , jam ante diluvium nupta , & cum Noacho fuerit in arca ? nonne id si esset , aliquis ante Christum , vel proximis à Christo seculis , reitam miranda meminisset ? Et quando ista scripsit ? num antequam Babel conderetur , ac gentes dispergerentur ? At tum unus omnium hominum lingua erat , quæ sanè Graeca non erat ? An possea scripsisse dicemus ? Atqui ut Graeca fuisse lingua , talis tamen non erat , qualis horum librorum dictio est.

Multis enim seculis volutis alia esse lingua solet ab ea , quæ fuerat priùs. At dictio hæc est , non cujusmodi Homeri , aut Hefiodi , ætate erat ; multò minùs , cujusmodi fuerat mille annis antè : sed est , qualis erat aliquanto post Christi tempora ; totis bis mille annis à diluvio , imò aliquot seculis amplius.

Quid quod Iustinus Martyr , Tatianus , Clemens Alexandrinus , Eusebius , ac tot alii ex sanctis Patribus , aperiè ajunt , nullam è Sibyllis esse Mose antiquorem.

Hoccine dicturos fuisse putemus , si eorum temporibus ista existissent ? Quamobrem aliud statuere non possum , quam auctorem eum , vel consarcinatorem , post Constantini M. tempora vixisse : nempe post excessum Patrum , quos antea commemoravi.

Videamus nunc de scriptore eo , qui ait esse annos mille quingentos ab initio regni Græcorum . Quod tempus , si ab Ægialeo ordiamur , incidit in captivitatem Babylonicam , ut ante a dixi. Quomodo igitur Sibylla hec potuit vaticinari illa de Mose , ac regno Salomonis , quæ eodem libro tertio leguntur ?

Nam multis illa seculis captivitatem Babylonicam antecedunt : vaticinia autem non sunt de præteritis , sed de futuris.

Ae

G R E C I S.

Ac multo minus vaticinia dici merentur, si ab Inacho, vel Ogyge vel Cecrope ordiamur. Imò cum anni illi mille quingenti, si à Cecrope incipiamus, desinant in Augusto, jam nec pro vaticiniis haberí possunt, que ibidem prædicuntur de Monarchia Assyria, Persica, Graeca, & Romana.

Atque hæc quoque fraudem scriptoris satis detegunt.

Supereft tertius locus, qui est lib. v : unde colligi dixi ; scriptorem eum vixisse temporibus Commodi Casaris. Et sane hic genuinum tempus adsignatur. Quod etiam firmatur loco alio, ubi mentio fit agonis Iselaſtici, qui ut ex Plinio conſtat institutus fuit tempore Trajanī. Idem eo evincitur, quod quindecim tantum imperatorum gesta describantur : ac post Hadrianum tres seculi dicantur, Antonini duo, & Commodus. Siquidem meritò ſuſpectum eft, quod non ultrà progrediatur auctor. Nempe eō uſque procedere ausus fuit, quia præterita tuò poterant referri ; in ſequentibus ars ſua impoſtorem deſtituit, quia nondum ea eveniſſent.

Hanc ſuſpicionem non leviter firmat, quod demum Antoninorum & Commodi temporis citari Sibyllina oracula cœperint. Insuper, quod opinioneſ h̄ic inveniantur circa ea demum tempora exortæ. Vti improbos poſt ſecula aliquot æternō tandem liberandoſ ſupplicio : quod Origenes ſenſit. Item Neronē ſuo tempore occultatum eſſe denuo producendum : atque hunc fore Antichriſtū : quod ex eo multi, Au-guſtino teſte, colligebant, quia dicat Apoſtoliſ Paulus, *Mysterium ini-quitatis jām nūc operatur*. Denique hiſce temporibus inveniebantur non pauci, qui bene ſe putarent mereri de religione Christiana, ſi libris etiam ſuppoſitiis gentiles addicere poſſent ad religionem Christia-nam. Vnde tot libri, aliqui etiam Apoſtolorum nominibus inſignes, qui poſtea à Gelaſio & Concilio Romano, inter apocrypha ſunt relati. Quales non ſemper hæreticos, ſed & homines pios habuerē auctores. Sanè Tertullianus teſtis eft libro de baptiſmo, fuſſe in *Asia Presbyte-rum*, qui ſcripturam de Tecla conſtruxerit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumu-lans : atque eum conviſtum atque confeſſum, id ſe amore Pauli feciſſe, loco deceſſiſſe.

Ex his

Ex his ita colligimus, Sibyllina oracula, qua hodieque octo libris collecta supersunt, conficta esse, & supposititia: vel siqua in iis genuina supersint, saltem iis vetera illa mirifice esse interpolata, alius mutatis, aliis additis; præsertim istis, quæ clarius multo nobis religionis mysteria, & Euangelicam historiam describunt, quam à Prophetis ipsis factum erat.

Atque hæc omnia non parum lucis accipient ex doctissimi Opsopæi notis, quæ Sibyllinis oraculis addidit in editione eorum Parisiensi. Ad ea, ne hic longior sim, lectorem meum remitto.

C A P V T I I.

De ætate Homeri, ac Hesiodi: ubi & de Arctino, & Creophylo.

SVNT alii, qui *Orpheum, ac Musaum, censeant antiquiores Homero: ac illius superesse hymnos, hujus verò poëmatium de amore Herùs, & Leandri.* Sed qui ante bellum Trojanum fuisse dicuntur, à Poëtis ficti sunt, ut ostendimus lib. I de re Poëtica. Que verò nunc Orhei nomen ferint, non sunt antiquiora Pisistrati temporibus. *Musaus* verò Grammaticus extremi imperii Romani.

Atque hæc planiora fient ex iis, quæ in Poëtarum Græcorum serie deinceps dicentur. Ex iis interim, quæ diximus, etiam statuere est de Eumolpo, sive Eleusinius is, sive fuerit Atheniensis. Ante Homerum fuisse, ac filium fuisse Musæi, Orphei discipulum proditum est à Suida: atque addit, tria scripsisse millia versuum: in his etiam de Cereris Initiosis. De quibus eo minus nunc laborandum nobis, quia nihil supereft, quod vel ejus sit, vel esse existimetur.

Quare sic statuimus, nihil nunc antiquius habere Gracos, poëmatis Homeri, & Hesiodi: ut ab his merito initium capiamus. Sed quando hi vixerint, veteres ipsi certant incerti. De Homero prius videbimus.

De

De hoc ita Gellius lib. xvii, cap. xxi: *De Homero, & Hesiodo inter omnes fere scriptores constituit, etatem eos egisse vel iisdem fere temporibus, vel Homerum aliquanto antiquorem: utrumque tamen ante Rōmam conditam vixisse Silvīs Alba regnacibus, annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo Annalium de Homero atque Hesiodo, scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta; ante Romanam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero scripsit, annis circiter centum & sexaginta. Cyrillus lib. i adversus Julianum ait nonnullos quidem putare Homerum & Hesiodum fuisse annis CLXV à bello Trojano: cum apud Latinos imperaret Alba Sylvius: sed alios putare Hesiodum centum annis juniores Homero, vixisseque tempore Procæ Sylvii. Suidas refert Hesiodum videri quibusdam Homero antiquorem, aliis verò æqualem haberi: ac XXXI I annis ante primam Olympiadem vixisse.*

Fusius verò variantes sententias exponit Eusebius in Chronicis in temporibus Samuelis & Saulis: *Homerus, secundum quorundam opinionem, his fuisse temporibus judicatur. Quanta autem de eo apud veteres dissonantia fuerit, manifestum esse poterit ex sequentibus. Quidam eum, ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt. Eratosthenes post centum annos Trojana captivitatis. Aristarchus Ionicā migratione, five post annos centum. Philochorus migrationis Ionicæ tempore, sub Archippo Atheniensium magistratu, & post captiam Trojam anno CLXXX. Apollodorus Atheniensis CCLX anno, eversionis Ilii. Existiterunt alii, qui modico ante, quam Olympiades inciperent, id est, CCC retro annis à Trojana captivitate esse fuisse putant, licet Archilochus vicefimam tertiam Olympiadem, & quingenitimum Trojana eversionis annum supputet. Vide quæ ad hæc verba Iosephus Scaliger annotavit.*

Nostra hæc sententia est, eum qui Homerum Olympiadum initio, vel paulo post, Romuli puta temporibus, vixisse dixerit, non longè aberraturum.

Ostendi id oratione de laudibus Græcæ linguae habita, cum in Leideni Batavorum Academia ejus linguae professionem auspicarer. Quippe in ea inter alia τολυθεύσκον hanc quæstionem non incuriosè excussum.

Hæc sententia multum roboris accipit, si Homeri discipulus fuerit Archinus Milesius, ac prima is, seriavæ, vel eriam nona, vixerit Olympiade.

Homeri fuisse discipulum, à Suida, & Tzetze, traditum est. Ac Suidas id proditum ait ab Artemone Clazomenio, in libro de Homero. Ad Olympiadem primam refert Cyrus lib. i adversus Julianam. Ac prævit Eusebius in Chronico Canone: ubi ad annum secundum Olympiadis primæ legas: *Arctinus Milesius versificator florissimus habetur.* Etiam facile conciliatur hoc cum eo, quod idem Olymp. 111 anno 11, alios fecutus, scribit: agnitus eo tempore Arctinum, ac scripsisse Äthiopidam (*τὴν Αἰθιοπίδα*) & Illi *ἥρωες*, sive *ἄλυτον*, h. e. excidium. Imò neque pugnat, quod Anonymus in Olympiadum descriptione rejicit ad annum 1 Olymp. ix. Nihil enim impedit, quo minus octonis floruerit Olympiadibus: annis videlicibus xxx, vel paullò amplius. Denique & satis convenienti ista cum iis, qui Homerum ajunt vixisse temporibus Procæ Sylvii, qui Romuli proavus fuit. Quippe inter Procæ *excessum*, & Romuli regnum, solum est intervallum annorum x l. i. Et potuerit Homerus Procæ pariter, ac Amulii, atque adeo Romuli, temporibus fuisse in honore. Summam hujus Poëtæ antiquitatem etiam agnoscit Dionysius Halic. lib. i Antiquitat. Meminere & Clemens * pag. 266. *Alexandrinus* lib. vi *Στρατηγός*. * & Diomedes lib. 111, ubi de Iambo. Sed perperam in Dionysio *Arctinum* in Clemento *Archimus* legas.

Sed si post Romulum vixit Homerus, saltem non rejiciendus ultra Numa tempora: quod nemo veterum fecit: ne Archilochus quidem, qui floruisse ajebat Olymp. xxiiii, anno ab Troja excidio quingentesimo.

Testis Eusebius in Chronicis ad num. D C C C C V I I I , sive octavum annum Samuelis. Et convenit istoc cum eo, quod Clemens Alexandrinus ait Arctinum cum Lesche Lesbio, Iliadis parvæ conditore commisum, & ab eo vinctum, Olymp. xxx.

Ex Homeri etate etiam statuere est de etate Creophyli, Astyelis filii, Chii vel Samii Poëta: sive ejus filiam habuerit uxorem: sive solum amicus fuerit, atque hospes, & ea propter ab eo accepta per poëma de captivitate Oechalia.

Vtrumque apud Suidam legitur.

Itidem de Hesiodi etate concertationem esse dicebamus.

Cicero multò juniores Homero putavit. Vti & Porphyrius, ac Solinus;

linus ; quorum ille annis c, hic cxxx, post Homerum vixisse existimat. Alii eo quod simplicior sit , antiquorem fuisse conjectant. Plurium vero opinio est fuisse aequalem. Vt Varro in primo de Imaginibus , teste Agellio, Vellejus Paterculus lib. i , Plutarchus in v Symposiacon , & vii Sapientum Convivio , item Philostratus.

In eo diffensu , ob plurium consensum , & quæ de certamine Homeri ac Hesiodi prodita sunt , malumus nos aggregare iis , qui aliquo tempore simul vixisse existimant.

Nec multum abit , quod apud Cyrillum legas , floruisse Hesiodum paullo ante primam Olympiadem , regnante in Latio Proca Sylvio : vel quo alii clarius dicunt , Olymp. iv , ut est apud Eusebium in Chronicis. Apud quem etiam legas ad præcedentem Olymp. floruisse tum Eumelum Poëtam , qui Bugoniam & Europam scripsit. Fuerint igitur & Hesiodus , ac Eumelus aequales. Nec multum abit Tzetzes , qui Hesiodum refert ad Olymp. xi. Operæ vero est attendere ad id , quod Hesiodus ipse scribat , suâ ætate Arcturum ἀκρόντων in Boeotia exortum fuisse viii die Martii : unde Poëta hujus ætas in tantum saltem possit colligi , ut error siquis sit , saltem intra LXX annos sit constiturus ; sicuti observat Ios. Scaliger in Eusebianis Animadvers. num.

M C C L V .

Etiam à Suida Perses cui Hesiodus scribit , fuisse dicitur επανιδος : de cuius ætate ex illa Hesiodi statuendum , cum Hesiodi fuerit frater.

C A P V T I I I .

D E T E M P O R I B V S P O E T A R V M , qui fuere ante imperium Persicum.

*P*ostquam de Homero , & Hesiodo vidimus , nunc alios persicar , qui deinde consecuti. Inque tam numeroso eorum exercitu imitabor bonos duces : qui exercitum in legiones , has in centurias dispescunt. Ac primam quidem universè Paetus Gracos dispescimus in quinque atates , quas in minora deinde tempora dividam. Prima atas fuit temporibus imperii Medici ; altera Persici , tertia Graci , quarta Caesarum veteris aut nova Roma , usque ad captam Constantinopolim , quinta complectitur quicquid inde fuit vel erit.

Medorum imperium incipit ab Arbace, qui **Sardanapalum imperio** privavit annis centum ante primam Olympiadem. Tenuit is imperium annis **XXVIII**. Ei successit Mandaues, qui regnavit annis **L**. Tertius fuit Sosarmus: qui annis rexit **XX**. Auctores istorum nobis Diodorus Siculus, atque Eusebius. Sosarmo vigesimum secundum regnante annum ab Iphito instauratus est agon Olympicus: ac circa haec tempora Homerum, & Hesiodorum vixisse, antea docebamus. Nunc exponemus, qui Poëtarum Græcorum claruerint usque ad Olympia-dis **LV** annum secundum, quo Astyages nonus ac postremus Medorum rex imperio privatus est à Cyro nepote, primo Persarum Rege. Inde alteram ordior Poëtarum ætatem usque ad Darium Codomanum, regem Persarum ultimum, ab Alexandro M. victum; quod factum Olymp. **CXI** anno **II**. Tertiam ætatem statuimus sub Alessandro Asiae viatore, & præcipue sub Ptolomæorum temporibus. Horum imperium definit victa Cleopatra ab Augusto Cæsare, annoque proximo sibi mortem consciscente quod factum Olympiadis **CLXXXVII** anno **III**: annis **XXX** ante æram Christianam. Quarta inde extenditur usque ad Constantinopolim à Muhammède **II** imperio Turcico adjectam: quod factum anno Christi **CIO CCCCLIII**. Vnde quintam ætatem auspicamur.

Prima ætate, hoc est, Medicis temporibus vixere Eumelus, Cinæthon, Alcman, Megalostrate, Archilochus, Simonides Amarginus, Aristoxenes Selinuntius, Lesches Lesbicus, Terpander, Pisander, Tyrtæus, Draco, Abaris, Arion Methymnaeus, Stesichorus, Sappho, Alcaeus, Epimenides, Bias Prienensis, Solon, Dropides, Chilo, Thales, Pittacus, Periander, Chersias, Theffis, Mimnermus, Hoiw ῥητορ Α' αὐδῷ auctor; Anacharsis Schytæ, Aristæas Proconnesius.

Distinctius aliquanto haec exponam.

Olymp. **III** an. **II** claruit Eumelus Poëta, qui Bugoniam, sive de apum generatione, item Europam scriptit: ut est apud Eusebium in Chronico. At idem postea Olymp. **IX** an. **IV** inquit: **Eumelus Corinthius versificator (ιπποποὺς) agnoscitur, & Sibylla Erythraea.** Itidem apud Clementem Alexandrinum in primo Στεφανάτων legas: Εὔμηλος ὁ Κορίνθιος Πρεσβύτερος ὡς ἐπειδὴ Εληνέναι Αρχία τῶν Συρεγκέτων κατέσκινε. **Eumelus Corinthius**, cum antiquior esset, pervenit usque ad tempora Archie, qui **Syracusæ condidit**. **Syracusæ** vero ab Archia conditæ circa Olymp. **XI**. Hi-

xii. Historicum Poëtam, præeunte Pausania, appellat Scholiaestes Pin-dari in Olympionic. od. xiiii : ubi & octo ejus versus adducit. Eodem refert Ifacius Tzetzes commentario in Lycophronem. Sed is citat eos fide Theopompi : quod ostendit, Eumelum ipsum non esse ab eo visum. Sunt autem versus illi ex Corinthiacis ; ut argumento est, quod iis in versibus agit de Ephyre : quomodo Corinthus prius vocabatur. Refert autem, quomodo, cum in divisione inter Aëten, & Aloëum ; facta, Ephyræ Aëtæ cessisset, hanc Buno commiserit, ipse in Colchida profecturus, ut ibi, juxta oraculum, urbem conderet. Quemadmodum autem hoc opus incipiebat à divisione inter Aëten, & Aloëum, Solis filios : ita perducebatur usque ad Iasonis redditum à Colchide. Eoque Argonautica expeditio erat pars historiæ Corinthiacæ. Hæc ita esse, partim ex Pausaniam Corinthiacis, partim ex iis cognoscere est, quæ ex Eumelo citant Scholiaestes Apollonii in extreum lib. iii, & Euripidis interpres in Medeam. Aliqua etiam de hoc Eumelo attulimus in iv de Historicis Græcis cap. i.

Olymp. v, anno 111, ut in Chronicis est Eusebianis, *Cimathon, Lacedæmonius Poëta, qui Telegoniam scriptit, agnoscitur.* Κιμάθων ὁ λάκων, ἀπὸ Τηλεσοίας γένους. hoc est, de Telemono, quo nomine fuit Vlyssis ex Circe filius, conditor Tusculi in Italia. At aliis ab eo Κύραυθρος ὁ Χῖος, Homericorum carminum consarcinatior, qui claruit Olymp. LXIX, ut ait Pindari Scholiaestes Nemeonic. od. ii. Vide, quæ ad eam Olymp. dicemus.

Ad ix Olympiadem Eumelum, de quo 111 Olymp. dictum, Gyral-dus refert. Nempe nihil prohibet, quominus Olympiade 111 & ix claruerit. Item tum vixisse dicitur Sibylla Erythrea ; sed de Sibyllis dictum antea. Arctinum ad hancce Olympiadem refert Suidas : atque addit, quadringentis id annis fuisse à captâ Trojà. Sanè annis ab urbis ejus excidioccccv Olympiades cœpere. Sed de Arctino satis dictum cap. ii.

Olymp. xxvii vixit Alcman Poëta Lyricus, qui, utpote Lacedæmonius, lingua scripsit Doricā. Est verò diversus ab Alcmane Messenio, itidem Lyrico. Sanè distinguit Suidas quem sequimur, ad xxvii Olymp. Idem verò claruit etiamnum Olymp. xxx, an. iv, quæ referre maluit Eusebius in Chronicis, ut mox referam. Sed quid de eo dicemus, quod Eusebius, cum memorasset prius ad Olymp. xxx, postea, alios credo fecutus autores, ad Olympiada referit XLII. Sanè hic idem esse Alcman nequit : sed potius sit Messenius. Nam prior, ut Suidas ait, claruit quo tempore in Lydia regnum tenuit Ardys, Gygis filius, pater Sadyattis, avus Alyattis, proavus Croesi: quem

Cyrus evertit. Coepit verò Ardys regere Olymp. **xxvi**, an. **111.**

Megalostrate Poëtria, amalia Alcmanis fuit: cuius & in eam versus legas apud Athenæum.

Olymp. **xxix** an. **11**, ut est in Chronicis Eusebii, *Archilochus, & Simonides, & Aristoxenus, insignes habentur*. Quod ad Archilochum Parium, Tatianus orat. contra Græcos, & Cyrilus lib. **1** contra Iulianum, referunt ad Olymp. **xxiiii**. Verum hæc facile conciliantur: cum Candaulis & Gygis temporibus claruisse dicat Herodotus. At non puto audiendum anonymum in Olympiadum descriptione, qui nunc refert ad Olymp. **xv**, an. **1**: nunc Olymp. **xviij**, an. **1**, & Olymp. **xix**, ann. **111.** Est verò Archilochus ille, qui versibus suis Lycamben ad laqueum adegit. Fuit plurimorum nervorum, multi sanguinis, & validus sententiis Poëta: sed virulentus, & invercundus, unde & Lace-dæmone ejus libris fuit interdictum. Fuit & alter Archilochus; de quo Olymp. **xciv** dicemus.

Simonides Melicus, qui temporibus belli Medici vixit, quatuor vel quinque litteras alphabeto finito adjecit, atque ita illud primus absolvit.

De Simonide, quem *tacita antiquum Eusebius* facit, meritò queruntur, quis ille sit. Nam multi ejus nominis fuere. Satis liquet, non esse! Simonidem Ceum, Lyricum, quem Xerxis, Themistoclis, & Hieronis Syracusani temporibus claruisse, certissimum est. Multo minùs fuerit ejus ex filia nepos, qui ante bellum Peloponnesiacum Genealogiæ, & Inventionum libros reliquit. Neque item his junior Simonides Magne-sius, itidem epicu carminis Poëta; qui Antiochi Magni res gestas descripsit. Sed apud Suidam duos præterea ejus nominis Poëtas invenio. Vnus fuit Carystius, vel Eretriensis, qui reliquit Græcorum conventum in Aulidem, trimetrorum lib. **11**, & de Iphigenia unum. Alter erat Crinei filius, Amorginas dictus à patria Amorgo, una ex insulis Cycladibus: qui præter elegiarum libros scripsit jambos, unde & *ιαμβοχάφος* vocatus: imò & secundum nonnullos, Suida teste, primus hoc carminis genere usus fuit. Quod antiquissimum esse arguit. Imò idem Grammaticus dicit claruisse post bellum Trojanum annis **ccccvi**. Quomodo faerit circa initium Olympiadum. Verum censeo centenarium excidisse librarii culpā: ac pro με, quod sit **ccccvi**, rescribi oportere νε, hoc est **Icv**. Quod tempus proximè ab Eusebiano numero. Incidit enim in Olympiadem **xxvi**. Quando clarescere fortasse coepit, qui magis normen adeptus Olymp. **xxxix**. Et sancè hanc conjecturam nostram firmant ista Procli apud Photiam: *Ιαμβοχάφος ο Ηρόδοτος απεισθεντος η Σιρωνίδης ο Αριστοχέας, η ως έριοι, Σάριππος*. Samium etiam vocat Tzetzes in Chiliadibus historicis.

historicis. Vide & quæ de eo diximus in xv de Historicis Græcis lib. iv, cap. xiiii.

Quem tertio loco memorabat Eusebius, is est Aristoxenus Selinuntius. Ac quod de ejus aetate diximus, convenit cura eo, quod ab Hephaestione proditum est, multò fuisse antiquiorem Epicharmo, & ab hoc etiam illum celebrari. Tetigimus hoc quoque lib. i de Historicis Græcis cap. ix.

Olymp. xxx anno iv claruit Alcmaeon, & Lesches Lesbius; ut est in Chronicis Eusebii. Sed pro *Alcmaeon*, quomodo & Lilius Gyraldus legit, rescribi debet Alcman, quod facile vedit Ios. Scaliger. Sed de Alcmane satis dictum in Olymp. xxvii. Lesches Lesbius, ut idem Eusebius auctor est, parvam condidit Iliadem. Ex qua & Pindarum aliqua esse mutuatum, Græci ejus interpretes observant.

Olymp. xxxiiii an. ii in Chronicis Eusebii memoratur Terpander insignis idem & Musicus & Poëta. Sed Glaucus Italus, libro de antiquis Musicis ac Poëtis, eum multa antiquiorem statuit Archilochus, quem ad Olymp. xv referebamus. Patriam ejus indicat Stephanus in *Káμψος*.

Olympiade etiam xxxiiii à plurimis vixisse putatur Pisander, etsi aliqui Hesiodo antiquorem, vel Eumolpi æqualem arbitrentur. Heracleida, sive Herculis labores libris scriptæ duobus: ubi primus Herculi tribuit clavam. Ejus de Hercule, & *Stymphaliis* avibus sententiam, Pausanias refert in Arcadicis. Vti in Corinthiacis docet, quid tradiderit de fabula Lernæa. Alia etiam præter Heracleida ei tribuere, cum ea potius forent Aristæ Poëta, teste Suida. Meminere ejus quoque Hyginus in Poëtico Astronomico, ubi de Leone, Censorinus in fragmento, cap. ix, ubi antiquissimis annumerat Poëtis, Aristophanis Scholia festes, & Fulgentius lib. 2 *Mythologorum*.

Olymp. xxxv fuit Tyrtaeus, ut ait Suidas. Et tempora convenient, cum Messenium bellum ceperit Olymp. xxv, ac durarit annis xx; eo autem in bello Lacones hoc dues usi sint. Fuit Poëta elegiacus. Quare Suidas addit æqualem esse vii Sapientibus, vel paulò antiquiorem.

Olymp. xxxvi, secundum Eusebium, sive aliis xxxix claruit legislator Atheniensium Draco, cuius leges quia leviora etiam delicta morte punirent, non atramento, sed sanguine, scriptæ, neque hominis, sed draconis esse, dictæ sunt. Hic tribus versuum milibus scripsisse dicitur Hypothecas, sive ritæ præcepta.

Ad hæc etiam tempora, ut puto, referendus Abaris Scytha, &c, ut Harpocration ait Scytharum ad Atheniensis legatus, Pythagoræ secundum Iamblichum, discipulus. Scriptæ carmine iter Apollinis ad Hyberboreos,

perboreos , oracula Scythica , Hebrei nuptias , & *καθηγευσίς* five expiationes. Supereft ejus ad Phalarim epiftola : niſi ab alio ea ſcripta , uti & quæ Phalaridis dicuntur. Luciani eſſe illas , ſuſpicio eſt doctiſſimi Lili Gyraldi tertio de Poëtiſ dialogo. Præterea neque hæc bene conueniunt , ut ad Phalaridem ſcriperit , qui Pythagoræ fuerit diſcipulus. Siquidem Phalaris tyrannidem exercuit ab Olymp. xxx an. 11 , uſque ad Olymp. xxxvi 11 , an. 11 ; teſte Eufeſio. Fuerit igitur temporibus Tullii Hoſtilii , & Anici Martii. At Pythagoras claruit Olymp. Lx , anno 1 , cūm Pitistratus , & Hippias , Athenis tyrannidem exercenter : ac mortuus Olymp. lxx , an. iv. Quare floruerit partim Tarquinii Su-perbi temporibus , partim primis aliquot annis partæ populo Romano libertatis : Vnde confequitur , ſi Abaris Pythagoræ fuerit diſcipulus , æqualem fuſile Æſchylo : quando is clare/cere coepit , quo anno Pythagoras eſt mortuus. At antiqui omnes de Abari loquuntur , ut non Pythagora modò , ſed Solone etiam antiquiori. Quare veriſimilius eſt vixiſſe temporibus Phalaridis , & hoc five doctiſſimum Lucianum , five aliud , attendiſſe , cum ſub ejus nomine epiftolam ad Phalaridem con-cinnaret.

Arion Methymnæus , Lyricus fuit , teſte Suida Olymp. xxxvi 11 , ac quibusdam Alcmanis vixiſſe diſcipulus traditur. Scripſit cantica , προοίμια dicta , verſibus mille. Fertur etiam , eodem teſtante , choram iſtituiſſe , & dithyrambum ceciniſſe , & introduxiſſe Satyros verſibus loquentes.

Olymp. xlii an. 1 , Stesichorus , Poëta Lyricus , clarus habetur ; ut eſt in Chronicis Eufeſii. Et benè conuenit , quod Suidas ait natum Olymp. xxxvii. Cujus ſi annus priuus intelligatur Olympiade hac xlii ſolum annorum fuerit xx. Sed vixit ad Olymp. lv , an. 1 : ut teſtantur Eufeſius , Suidas , & Anonymus in Descriptione Olympiadum. Fuerit igitur tum annorum lxxii. Suidas ait juniorem Alcmane : qui cum conuenit , quod Alcmanem cum Eufeſio ad Olymp. xxvi 11 , & xxx , reſerebamus. Palinodiæ in laudem Helenæ , quam priuus vituperarārat , meminit inter tot alios , Philoſtratus lib. vi de vita Apollonii cap. vi. Sed iſtic pro *Μεράτες αὐδησός* , legendum , quod & editor Morellus vidit *Ιπεξητες αὐδησός*.

Aliquis existimare poſſit Sappho vixiſſe tempore Archilochi , & Hipponactis , quia hos Sapphus amatoris Diphilus in Comoedia indu-xerit. Sed hoc non majoris putandum , quām quod Hermesonax , eam ſcribit amatam ab Anacreonte : cum Sappho vixerit Olympiade xlii , Anacreon autem lxi. Quare , ut Athenæus obſervat lib. xi 11 , ſunt hi Poëtarum luſus : ut etiam dicebamus lib. 1 de Historicis Græcis cap. r. Olympiade

Olympiade eadem claruit Sappho Lesbia, Poëtria Lyrica; ut ait Suidas: atque addit, eadem ætate fuisse Alcæum, Stesichorum, & Pittacum. Ac facile cum eo conciliare est, quod Eusebius ad **CXLIV** Olympiadis an. **ii** refert. Scripsit Epigrammata, elegias, jambos, & monodias. Distingue vero duas Sapphones, unam Eretriam, alteram à Phaone adamatam, ut est apud Athenæum lib. **xiiii**.

Eius ἐπιγραφæ fuisse dicitur Erinna Poëtria: ut perperam referatur ad Olymp. **cvi**: ut istic dicam.

Sapphus etiam æqualis Damophila, Pamphili uxor: cujus de hymnis aliisque Poëmatis Philostratus in Apollonii vita.

Olymp. **XLIV**, anno **ii**, ut Eusebius in Chronicis tradit, Alcæus Poëta clarus habetur. Et firmatur tum eo, quod Periandri temporibus vixisse dicat Herodotus lib. **v**, tum inimicitiis, quas gessit cum Pittaco, septem sapientum uno: qui claruit Olymp. **XLII**; ut testantur Diogenes Laërtius in ejus Vita, Cyrillus lib. **i** aduersus Julianum, Anonymus in descriptione Olympiadum, & Suidas in Περὶ τῶν Ὀλυμπίων. Propter vero hunc Alcæi animum, quo non solum armis, sed etiam carmine tyrannos est persecutus, Horatius lib. **iv**, od. **ix**, Alcæi minaces vocat Camenæs.

Porrò & Pittacus, cui cum Alcæo inimicitæ, Poëta fuit. Nam teste Suida reliquit versus Elegiacos sexcentos. Defunctus Olymp. **LII** an. **III**.

Olympiade etiam **XLIV**, Epimenides Cretenis, jam senex à Cylonio scelere purgavit, atque expiavit Athenas; ut Suidas tradit: qui & auctor est, eum versibus reliquissime μυστέα sive initia, καζηγορίαι, sive potius καζηγορίαι, hoc est, purgationes, sive expiations, & alia obscura. Argonautica etiam dicitur scripsisse versibus sexies millenis, & quingen-tis. Item de theogonia, ac Curetum & Corybantum generatione versus quinquies millenos. Telchiniacæ etiam historiæ auctor habitus, teste Athenæo. Sunt qui loco Periandri inter **vii** Sapientes reposuerint. Plura de eo diximus in Historicorum Græcorum histioria lib. **iv**, cap. **i**.

Epimenidis etiam ac **vii** sapientum tempore claruit Bias Prienensis, ipse etiam unus è **vii** sapientibus. Poëma de Ionia condidisse, auctor nobis est Laërtius.

Olymp. **XLVI** Solon viguit: legislator idem ac Poëta; cujus vitam ex Laërtio, & Plutarcho, petere licet.

Solonis frater Dropides fuit, carmine olim clarus, Solone licet inferior. Adeum Plato referebat genus maternum.

Iisdem temporibus ac Solon fuere Chilo, Thales, Pittacus, Perian-der: qui & inter **vii** Sapientes numerantur. Chilo elegiam reliquit ducentorum versuum. Thales de meteoris æquinoctiis, atque aliis, scri-

psit carmine. Pittacus sexcentis elegiacis versibus Mityleucis suis leges dedit. Periander item ἐλεονίος ab Athenæo vocatur. Periander is Corinthi tyrannidem obtinuit Olympiade xxxviiii ac deinceps. Annis obtinuisse XLIV cognoscimus ex Aristotelis Polit. lib. v cap. xii.

Iisdem claruit temporibus Chersias Orchomenius, cuius versus Pausanias in Bœoticis adducit. Ætatem eam cognoscimus exinde, quod cum Periandro, de quo dixi, inimicitias gesserit; sed Chilonis opera fuerint reconciliati.

Thespis etiam Tragicus Solonis fuit temporibus; ut ex Laërtio satis constat. Suidas tamen ait Tragedias egisse Olymp. LXI. Ut idem Suidas ait, primus fuso facie illità fabulas egit; inde portulacā textit: hinc larvarum velis. Vide & Horatium in arte, & quæ ad eum interpretes annotarunt. Sunt qui hunc primum faciant tragicorum: alii primum ajunt Epigenem Sicyonium: ab eo autem Thespidem fuisse secundum, imò aliis est sextus decimus, eodem Suida auctore.

Paullo ante Solonem, ac Solonis etiam temporibus, claruit Mimnermus Colophonius, vel Smyrnæus. Elegiacis Poëtis accenset Censorinus in Fragmento cap. ix. Apud Pausaniam quoque in Bœoticis, legas elegiaco versu tradidisse pugnam Smyrnæorum contra Gygen, & Lydos. Etiam Ερωτικὰ scriptis indicat illud Propertii lib. i.

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

Supersunt hodieque ejus versus, aduersus Solonis sententiam annum septuagesimum homini supremum statuentis. Nam ille octogesimum potius fatalem arbitrabatur.

Etiam ad hæc tempora referendus videtur auctor τῶν Ηοίων, καὶ τῆς Ααΐδος, qui perperam creditur Hesiodus: ut optimè Scaligero monitum epist. CCXLVII ad Claudium Salmasium.

Olymp. L regnare cœpit Crœsus: cuius tempore (ut Suidas ait) fuit Anacharsis Scytha, regis Scythici frater, sed matre Græca natus, anchoræ, & rotæ figulinæ inventor. Scytharum leges versibus scripsit, & versus octingentos μέτρα δυτελεῖας τῷ εἰς τὸ αὐθεωπικὸν βίον. De vita humana fragilitate.

Crœsi Cyrique temporibus etiam, Suida teste, vixit Aristeas Proconnesius: qui historiam Arimaspiorum tribus libris prescripsit versu hexametro. Hic ille est, cuius animam dixerunt, cum vellet corpore solitam exire, inque idem reverti: quod & de Hermotimo Clazomenio proditum est. Plura de scriptore hoc diximus in primo de Historicis Græcis cap. i, lib. iv, & cap. ii. Nempe quia idem & Poëta, & Historicus fuit: ut alii multi,

C A P V T . I V .

DE IIS SECUNDÆ ÆTATIS POETIS

GRÆCIS, qui fuere ab initio Monarchiæ

Persicæ, usque ad pugnam Marathoniam.

Vidimus de Poëtarum iis, qui vixerent ante tempora imperii Persici. Ad eos nunc venio, qui claruere postquam Babylonæ capiit Cyrus, Medisque dejectis summum obtinuit imperium: atque id donec ultimo Persarum Rege, Dario Codomanno, ad Arbela devicto ad Alexandrum Magnum imperium Asia est translatum.

Id spatium est annorum quasi c c x x x .

Dividitur autem hoc intervallum in quatuor partes; à Persica Cyri Monarchia ad pugnam Marathoniam; inde ad pacem inter Persas, & Athenienses, & auctiōq[ue] Græcis in Asia concessam; hinc ad captas ab Lysandro Athenas, & xxx tyrannos Athenis impōsitos: atque exinde ad imperii Persici finem in Dario Codomanno ad Arbela devicto ab Alexandre Magno.

Ab eo tempore, quo Babylonæ Cyrus cepit, à quo tempore Persica coepit Moxa, usque ad pugnam Marathoniam, à Dario Hystraspida pugnatam, intervallum est annorum L X . V I I I . Nam incipit id tempus ab Olympiadis LV anno 1, & desinit in anno LXXII anno 1.

Alterum tempus, ut incipit ab anno LXXII anno 1, ita extenditur usque ad Olymp. LXXXII an. IV. Ut intervallum sit annorum XLIII.

Tertium tempus, quod à pace est inter Persas, & Græcos initia, usque ad captas à Lysandro Athenas, est ab Olympiadis LXXXII anno 1V, usque ad Olymp. XCIV an. 1. Ut intervallum sit annorum XLVI.

Quartum est tempus ab Athenis à Lysandro captis usque Alexandrum Darii ad Arbela victorem, ac incipit ab Olympiadis XCIV an. 1 usque ad Olymp. CXII an. 11, ac continet intervallum annorum LXXIII.

Vixere intra primum tempus, nempe ante Marathoniam pugnam Simonides Ceus, Theognis Megarenſis, Xenophanes Colophonius, Hippicus, vel potius Ibucus, Hipys Reginus, Phocylides, Hippoanax, Anacreon, Chærillus, Theano Pythagorica, Melanippides, Onomacritus, Cleobolina, Phrynickus, Cynathus Chiis, Heraclitus Σκοτεινός, Chionides, Æschylus, Chærillus, Pratinas, Empedocles.

Quos omnes operæ fuerit, suis temporibus distingueret.

Olymp. L V fuit Simonides Ceus, Leoprepis filius; ut est in Chronicis Eusebii. Suidas refert ad Olymp. sequentem: sed apud eundem legas; vixisse ad usque Olymp. LXXXVIII, ac cum obiret, annorum fuisse LXXXIX. Quare videatur potius natus fuisse Olymp. L V, vel L Vr: ac floruisse Olymp. LXV. Objiciat aliquis memorari Theognidi; qui, ut mox referam, claruit Olymp. LVIII. Sed enim potuit & Theognis ista scripsisse admodum senex. Vel hoc est, vel in numeris vitium sit. Sanè vixisse temporibus Themistoclis, ac Euripidis, ex iis liquet quæ de Timoereonte dicam in Olymp. LXXV. idem paret ex eo, quod cum ille, tum Æschylus, se contulerint ad Hieronem, regem Syracusanum, ut est apud Pausaniam in Atticis. Poëta fuit Lyricus, ac inter alia, ut ex Suidas scitur, Doricā dialecto scripsit Xerxis navale prælium cum Græcis, navale item prælium ad Salaminem: quod commissum Olympiade LXXV. Quod ipsum ostendit necdum claruisse anno L V. Credo ex eo obortus error, quod γένεται nunc natum esse, nunc fuisse, vel claruisse significet.

Excelluit Simonides in cienda commiseratione teste Quintiliano, & Dionysio Halicarnassensi. Vnde Catullus:

Paulum quidlibet adlocutionis

Mæstius lacrymis Simonideis.

Horatius lib. II, od. I:

Sed ne reticis, Musa procaecis, jocis,

Cæc retractæs munera nenia.

Vbi *nenia* est carmen lugubre: *Cæc verd*, sive *Cæcæ*, ut Theocritus ^{ibid. 27.} * Kajos dicit, idem est, ac Simonideæ. Est vero hic Simonides, qui cum xv literis vetustis quatuor adjecisset Palamedes, Θ, Ζ, Φ, Χ, quatuor alias adjunxit, duas longas Η, & Ω, & duas duplices, Σ, & Υ. Quamquam de isto nec fatis consentiant veteres; vel saltem dissentiant codices, librariorum fortasse culpa. Vide Plinium, Marium Victorinum,

nūm, & Suidam. Item quæ in primo de Arte Grammatica dicebamus. Philes verdū hujus nōminis Poëtas fuisse, dixi Olymp. xxix. Ex quibus unus fuisse dicitur hujus Simonidis γυρτεδες, tive ex filia nepos. De quo postea,

Theognis Megrenensis ὁ γωμολέος fuit natus Megaris non Siciliæ, ut Plato putavit; sed Atticæ, ut ex ipso Theognide non obscurè colligit Valerius Arpocratio: & ex eo Scaliger ostendit, quod bellum deprecatur à civitate Alcathoi, h. e. Megaris Atticæ, Alcathoi opere. Lilius Gyraldus ait natum Olymp. LIX. Sed Eusebius (si interpreti Hieronymo fides) ad Olymp. LVIII an. 11 ait; *Theognes Poëta clarus habetur*. Ut temporibus fuerit Cœsi. Sed diu supervixit: nempe usque ad initium belli Persici. Meminit ipse Simonidis, Leoprepis filii: & Onomacriti, qui Ογφαια scripsit. Vide & alia, quæ hac faciant, apud Scaligerum. Animadversionibus Eusebianis numero M CCCC LXX. Ex Suida discimus, & alterum fuisse Theognidem, sed tragicum, qui obfigida dramata Nix diceretur.

Olymp. LX in pretio erat Xenophanes Colophonius, Poëta Physicus. Iuniorem facere videtur Eusebius in Chronicis, qui refert ad Olymp. LVI an. IV. Sed ex Athenæi lib. 11 liquet, scripsisse, postquam Darius in Græciam irrupisset. Id fuit anno 11 Olymp. LXXII. Quid mirum, cum ultrà xcii annum vixerit? Vitam ejus habes apud Laertium: è qua discere est, etiam scripsisse carmine de Origine Colophonis, item de migratione in Coloniam Eleam, quæ est in Italia. Apud Hieronymum in Chronicō Eusebiano etiam legas tragœdias scripsisse: sed falli videtur. Nihil enim tale ullus veterum. Fragmenta in Poëti Philosophica collegit H. Stephanus. Sylos etiam scripsisse, ex Strabone scimus: ac memorat quoque Aristophanis Scholiaست. Video & seu eundem, seu aliud Xenophanem εν τῷ συγχρικῷ citati ab Athenæo lib. x. Alius sane Xenophanes Heracleopolites Fulgentio, lib. I Mythologicōn.

Olymp. LX an. I, *Hippicus carminum scriptor agnoscitur*: ut idem ait Eusebius. Sed nullus ejus nominis Poëta celebratur. Num *Hippias* legendum? desquo Paulianas lib. 11 Eliacorum, & Scholiaست Pindari in Pyth. IV. Sed obstat, quod is fuerit Poëta elegiacus, non Lyricus sive carminum scriptor, ut hic vocatur. An potius Ibucus rescribendum? Quo, inclinat Pontacus. Celebratur is Poëta Platonī in Parmenide, Ciceroni in IV Tuscul. Quæst. item Pausaniæ lib. 11, Athenæo saepius. De morte exstat Antipatri epitaphium. Notus & Ausonii versus: *Ibucus ut periret, vindex fuit alivolans grus.*

Fragmenta Ibuci in illis Lyricorum collegit H. Stephanus. Imò quid



si scribamus apud Eusebium Hipys, vel Hippys, Ἡψης, Ἡψαρος. Proxime enim ad hoc accedit Ἡππηνες. Et credibile satis, sic immutasse qui Hippyn ignorarent. Tempora etiam coaveniunt, cum Darii & Xerxis tempore vixerit. Poëta item fuit: imo parodiam, & choliambum, atque alia invenit. Quam varia scripsiterit lib. iv de Historicis Græcis cap. iii.

Olympiadis ejusdem anno iv, eodem Eusebio auctore, clarus fuit Phocylides: sed alius ab eo, cuius carmen hodie habemus. Is, quem dixi, Milesius fuit, teste Stephano. Hic multo recentior, & quidem Iudeus Alexandrinus, si non potius Christianus.

Eapse Olympiade floruit Hipponax. Plinius lib. xxxv cap. v: *Hipponaſtis Poëta ætate, quem certum est LX Olympiade fuisse.* Perperam igitur ab Eusebio in Chronicis ad Olympiada xxiiii refertur.

Olymp. LXI, & LXII floruit Anacreon Teius, teste Eusebio, & Suidas. Nempe temporibus Polycratis Samiorum tyranni, ut est apud Pausaniam in Atticis. Eique & carus fuit. *Quod mirum? cum versibus suis cum celebraret: ut est apud Strabonem.*

Olymp. LXIV fuit Chœrillus, Atheniensis tragicus, ac fabulas editit CL, vicit XIIII. A quibusdam traditur primus larvarum, ac vestitus Scenici fuisse auctor. Testis Suidas.

Olymp. LXV claruit Theano, Pythonactis filia, Pythagoræ Philosophi uxor: ex qua suscepit Telauge, Mnesarchum, Myiam, & Arignoten: ut est apud Suidam. qui & auctor est reliquise eam poëma versibus hexametris: ac patria fuisse Cressam: à quibuidam tamen Crotoniatim dici. Posteriores fecutus est Clemens Alexandrinus, cum lib. i Στρωμάτ. ait, Θεανὴ τὸ Κροτωνιάλιν πέω την γυναικῶν Φιλόσοφησι, καὶ ποιήματα χειρόφαι. Theano Crotoniatim primam mulierum esse Philosophatam, & poëmata scripsisse. Hæc, defuncto marito, scholam suscepit regendam, cum filius Telauge & Mnesarcho: quorum Telauge præceptor fuit Empedoclis Agrigentini. Auctor Theodoretus in secundo Θεορηπονικῶν *. Præter hanc, ut Suidas ait, fuere duæ aliæ hujus nominis. Vna est Theano Locrensis, poëtria Lyrica, Eustathio etiam memorata in Iliad. B t. Alreræ autem Theano Metapontina, vel Thuria, filia Leophronis, uxor autem Carysti, vel Crotonis, vel Brotini Pythagorei. Hanc addit scripsisse de Pythagora. Item de virtute ad Hippodamum Thurium, & Apophthegmata Pythagoræorum. Memorabile illud dicendum mulieri esse fas sacrificare eospe die, quo rem habuerit cum viro; dummodo is proprius sit maritus: ab aliis quidem dicitur esse Theanūs, uxor Pythagoræ: ab aliis autem uxor Brotini: quemadmodum de utraque refert Iamblichus lib. de Vita Pythagoræ cap. xxvii. *

Meminit

* pag. 24.
edit. Comme-
melin.

† pag. 329.
edit. Rom.

* pag. 125.
editionis
Comme-
melinae anno
1598. *

Meminit & Theanus Plutarchus libro, qui inscribitur γερίνας απόλληλος. Quod si genuinæ fuerint epistolæ tres Theanūs, ab Aldo, & H. Stephano Græcè editæ, ab Arcerio redditæ Latinæ: fuerint Theanus posterioris, quæ Brontini uxor fuisse traditur.

Eadem Lxv Olympiade, Suida teste, claruit Melanippides, Critonis filius, Melius: qui plurimos Dithyramborum libros, & heroico versu exarata, elegias item & epigrammata, atque alia, reliquit. Melanippidæ in Danaidibus meminit Athenæus lib. xiiv. Verum is eum facit Milesium, non Melium. Sed hic potius fuerit junior Melanippides, de quo infra Olympiade Lxxx.

Potius Olympiade hac Lxv claruisse Simonidem, quam Lv, quod apud Suidam est, cognoscere est ex iis, quæ ad Lv Olymp. dicebamus.

Olymp. item Lxv claruit Onomacritus, Atheniensis vates. Clémens Alexandrinus lib. i. Στρατιών, ait eum vixisse circa Olympiadem quinquagesimam. Sed veritilius sit sexagesimam scripsisse. Nam addit claruisse tempore principatus Pisistratidarum. Atqui Pisistratus, qui ter tyrannidem invasit, primo eam obtinuit Olympiadis Lv anno i. Obiit Olymp. Lxxiiii an. ult. Ejus filius Hipparchus ab Harmodio, & Aristogitone fuit interemptus Olymp. Lxvi an. i v. Ac proximæ Olymp. an. iiiii, planè ea tyrannis fuit extincta Alcmaeonidas, non sine opera Lacedæmoniorum, annis xx ante pugnam Marathoniam. Atque hæc de ætate Onomacriti firmantur iis, quæ ex Herodoto mox in Laſo dicam. Hujus Onomacriti poëmata sunt ea quæ Orphei dicebantur: item χειρομοδίαι responsa, quæ Musæo adscribebantur. Orphei innotescunt ne καὶ Θεολογίας meminit Philostratus de vita Apollonii lib. iv, cap. vii. Cluverius in Sicilia * refert Orpheia, Argonauticorum scriptorem, ad Olympiada Lv. Nempe quia tum Pisistratus imperium invasit, ut dicebamus. At minime adsentendum doctissimo Stephano Pighio, quando libro eo, qui Themis Dea, sive de Lege divinâ inscribitur, tradit t̄ Orpheia esse hymnorum auctorem, qui hodie supersint, esseque eundem, quem Eusebius in Chronico, ac Suidas, ante bellum Trojanum vixisse ajunt, quemque Iustinus Martyr in Paraeneticō ad Græcos ait post Hymnos istos quæ μαντεῖα docent, in Ægyptum fuisse profectum, atque ibi, cum verum Dei cultum ab Hebræis didicisset, πλανῶν cecinisse. Nihiloque verius est, quod nonnulli, ut ibidem Pighius refert, Musæum illum ad quem, ut filium, Orpheus scribit, divinam legislatorem Moſem fuisse arbitrantur.

Onomacrito aequalis fuit Λάσσως Χαλεύς Εγμιονός, ex quo vir doctus perperam tres cudit Poëtas, Laſum, Chabrinum, & Hermioneum. Apud Suidam legas vixisse Olymp. H, hoc est, viii. Sed adversatur, quod

* p. 234.

† pag. 31.
edit. Plan-
tin.

quod mox sequitur vixisse temporibus Darii Hydaspidæ. Quare scribendum Ολυμπ. O, hoc est, Olymp. LXX. Hoc etiam ex Herodoto cognoscere est lib. viii; ubi refert, Onomacritum ab Hipparcho, Pistrati filio, ejectum Athenis, quia Lasus Hermionensis reperisset, eum inter fortis Musæ, etiam illud inseruisse, insulas Lemno adgitas, quandoque mari esse absorbendas. Idem Suidas, uti & Aristophanis Scholia festes in Vespas sunt auctores primum scripsisse de Musica; primum etiam carmine dithyrambico certasse, ac instituisse disputationes contentiosas. Item ut à nonnullis annumeretur septem sapientibus, nomine ejus in Periandri locum suffecto. Quam Musices fuerit studiosus, arguunt, quæ de eo narrat Theo Smyrnæus lib. i Mathemat. cap. xi. Athenæus in x auctor est scripsisse odam ἀστυμον * inscriptam Cemamur. Etiam in viii legas jocum in pisces οὐδε. Plutarchus quoque lib. θεος σωστιας cum Lasus Hermioneus Xenophanem vocaret timidum, quod nollet secum tesseris ludere: responduisse Xenophanem, timidum se in iis esse, quæ non forent decora. Vnde video colligere doctissimum Bullialdum †, non vixisse, ut Philosophum deceret, eumque ab illo esse diversum, qui inter septem sapientes referretur. Non defuere tamen alii, sapientia celebres, qui non penitus resugerent tesseræ ludum. Vt cunque hoc est, faltem aliis ab hoc fuit Lasus Magnus φανορθιων scriptor: ut legere est apud Anonymum in vita Arati. Vbi & ab Lafo τῷ Εγμιονῷ distinguitur. Dicimus de hoc Lafo etiam libro de Scientiis Mathematicis, quo loco de veteribus Musicis tractamus.

Circa hæc tempora etiam clausit Cleobulina Lindia poëtria, quæ ænigmata versibus reliquit hexametris, Cratino etiam celebrata. Filia fuit Cleobuli, unius ex viii Sapientibus Græciæ, qui senex decessit Olymp. LXX. Testes Laërtius lib. i, Athenæus lib. x, cap. xv, & Suidas in Κλείσλῳ.

Olymp. LXVII, Suida testante, fuit Phrynicus, Atheniensis tragicus, discipulus Thespidis ejus, qui primus Tragicam artem reperisse dicitur. Ipse primus maliebrem personam induxit in Scenam, ac tetrametrum reperit, ac Polyphradmonis ipse filius, filium habuit Polyphradmonem, itidem tragicum. Phrynicus tragœdias novem Suidas enarrat: quarum nomina Pleuronia, Egyptii, Actæon, Alcestis, Antæus, sive Libyes, Dicæi; Persæ, Synthoci, & Danaides. Alius verò ab eo Phrynicus Comicus fuit: de quo dicam Olympiade LXXXVI.

Olymp. LXIX fuit Cynæthus Chius, qui primus Syracusis confarciavit carmina Homeri eaque publicè recitavit: ut est apud Anonymum in descriptione Olympiadum: item Pindari Scholia festem in od. ii. Vtrumque locum adducit Meursius de Archontibus Atheniens. lib. ii, cap.

* in qua nullum feret sigma.

† notis in Theonis Smyrnæ lib. 2. cap. 12.

cap. i. Sed in posteriori editum ἔτι πλέοντεν Ολυμπάδα; ubi recte
ἐννέατην additur in scholiaste.

Heraclitus quoque Ephesius, cognomento Ephesius circa Olympia-
dem vixit **LXIX**: ac literas ad eum Darii Hystaspidæ habemus apud
Laërtium lib. **ix**. Hic est ille qui dictus **Σηγερός**, sive Obscurus. Sui-
das de eo: Εὐχαῖψε πολὺ ποιηκῶς *. Vnde & in Poëtis video à Lilio
Gyraldo memorari Dialogo **III** Historiæ de Poëtis. Sed metuo ne id
magis pertineat ad dictionem ποιητῶν γεν., quam prosæ conveniat.

*Scriptis
multis Poë-
ticis.*

Olymp. **LXX**, nempe annis octo ante pugnam Marathoniam, ut ex Sui-
da liquet, fuit Chionides, Χιωνίδης, pro quo apud Athenæum perperam
Χιωνίδης. De ætate etiam consentit Anonymus in descriptione Olympi-
adium. Patria fuit Athenæus, ac primus, ex quorundam sententiâ, ve-
teris Comœdia Poëta. Ex hujus fabulis fuere Heros, Mendici, Persæ
sive Affyrii. Heroas laudat Pollux lib. **x**, cap. **vi** **ii**, & Suidas in **Ἄγνος**,
Mendicas verò Athenæus lib. **iii**.

Olymp. **LXXXI** an. **i**, claruit **Æschylus**, ut ait Eusebius in Chronicis, &
firmat Agellius lib. **xvi** **i**, cap. **xxi**: præsertim quando ipse in Mara-
thonia pugnæ fortiter pugnavit; ut etiam est apud Suidam. Perperam
verò est apud eundem Suidam in **Αἰγυπτίος** certasse θ Ολυμπάδι, quod
est, Olympiade **ix**: ubi scribendum ο Ολυμπάδι, h. e. **LXX** Olympia-
de: Quod & Scaliger, ac Meursio monitum. Perperam etiam Scho-
liaastes **Æschyli**, in vita Scholiis præmissâ, floruisse ait ἔτι πλέον μ Ολυμ-
πάδα, h. e. **XL** Olymp. Nam & istic similiter O rescribendum. Ad
Hieronem, regem Syracusanum, fuisse profectum, ait Pausanias in At-
ticis. Atque addit idem fecisse Simonidem: ut aliquamdiu simul vixe-
rint. Primus hic, ut apud Suidam est, reperit ut tragici induerent per-
sonas terribiles, & fecibus inunctas; item ut cothurnis, sive grandiori-
bus calceis uterentur. Cum Tragedias fecerit **xc**, vicit vices octies,
imò ut alii ajunt, solum decies ter. Anno ætatis **LVII**, eo, quodd illo
Tragoediam agente tabulata concidissent, in Siciliam configit: in via,
dum nudo conquiescit capite, aquila, calvam ejus rupem arbitrata, te-
studinem, quo perfringeret, in eam dimisit: unde **vira excessit**, ut est
apud Suidam.

Eo tempore etiam claruit Chœrillus; ut liquebit ex iis quæ mox in
Pratinas dicam.

Floruit tum quoque Pratinas Phliasius tragicus: ut qui certarit cum
Æschyle, & Chœrilo: sicut testantur Suidas in **Πλειάντας**, & Anony-
mus in descriptione Olympiadum. Primus hic Satyros dedit; ut Sui-
das testatur. Athenæus lib. **ix** eum citat in **Λακαίνας**, η **Καρβαλίας**;
ubi Caryatides sunt, quæ Diana Caryatidi annuas agerent Chœreas.

Olymp. LXXI, an. I, Archonte Hipparcho, Empedocles Agrigentinus οὐλῆς sive equo singulare vicit: ut testis est Laertius in ejus Vita, & Anonymus in Descriptione Olympiadum. Vide, quae dici in Historiis Græcis lib. IV, cap. III: item quae dicam ad Olymp. LXXXIV.

Olymp. LXXI, anno II, Archonte Philippo nascitur Sophocles tragicus, ut ait Anonymus in Descriptione Olympiadum, & Scholia festi Sophoclis in ejus vita. Saidas, & alii quidam, natalem ejus rejiciunt in Olymp. LXXXII; unde & XVI annis dicunt Socrate antiquorem. Ac meminit ejusce opinionis etiam Anonymus, quem dixi. Obiit anno post mortem Euripidis VI; ut est apud eundem Suidam. Ex quo etiam discere est, quomodo primus sit usus tribus histrionibus, eoque qui dicitur τετραγωνιστής, sive tertiarum partium actor: quomodo item primus induxit chorum XV juvenum, cum ante XII solum ingredierentur. Fabulas fecit CXXIII: ac vicies quater victoriam retulit. Ad extremam senectutem Tragedias fecit: ut videre est ex iis, quae de Oedipo ejus Coloneo Cicero narrat in Catone, & Appulejus in Apologia priore. Quanti eum fecerit Maro, satis indicatur illo in Eclogis:

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurna.

Divinum Poëtam vocat Cicero in secundo de Divinatione. Habuit & nepotem cognominem: qui XI imo XL ut produnt alii, Tragedias fecerit, sed septies vicerit. Vide & de Sophocle Olymp. LXXVI, & XCII.

C A P V T V.

De iis qui à pugna Marathonia vixerunt usque ad Pacem Antalcidæ.

Secundum tempus statuebamus quod interjectum est inter pugnam Marathoniam, sive Olymp. LXXII, an. I, & pacem Antalcidae, sive Olymp. LXXXII, an. IV. Intra hoc tempus claruere, Panyassis, Ion Tragicus, Phormus Comicus, Magnes Comicus, Achæus, Timotheon Rhodius, Chærilus Samius, Sophron mimographus, Simonides nepos, Æschylus, Pygædarus, Corinna, Onomacritus, Sophocles, Panyassis, Stesimbrotus, Melanippides junior, Cratinus, Plato Comicus, Aristarchus Tragicus, Bacchylides, Crates Comicus, Telestilla, Praxilla, Dionysius Pheræus.

Dicam ordine de singulis,

Olymp.

Olymp. LXXII Panyasis Poëta habetur illustris: ut est in Chronico Eusebii canone. Nempe eopse anno, quo CCC Fabii ad Cremeram cæsi à Vejentibus. Anonymous Olympiadum scriptor refert ad Olymp. LXXXVIII. Ut videatur & tum fuisse. Quantus fuerit Poëta, arguit, quod fuerit è vi illis, quos, ut Oppiani interpres ait, κατ' ἔξοχου Poëta nomine dignabantur. Hi fuere Homerus, Eupolis, Hesiodus, Antimachus, Nicander, & Panyasis. Herodoti vel avunculus, vel patruelis fuisse dicitur. De ejus Heracleide & Ionicis, deque stylo, in Græcorum Historicorum historia satis diximus lib. IV, cap. VI.

Etiam Olymp. LXXI, Suida teste, & Anonymo in Descriptione Olymp. Ion Chius, Poëta tragicus, fabulas docere coepit: quas alii xii, xxx alii, vel etiam L fuisse ajunt. Aristophanes in Εἰρῆνῃ eum vocat Αἴσον, q. d. matutinum, vel orientalem. Iov. εὐ Φοίνικι, ἡ Καυνῆ memoratur Athenæo lib. X. Ionis Chii epigramma de Pherecyde in Philosophi hujus vita citat Laertius. Idem in vita Socratis refert quomodo is Philosophus cum Archelao sit peregrinatus. Tzetzes Chil. III, Hist. cxv, refert ex eodem, quomodo Hercules habuerit tres ordines dentium. Nec alium Ionem intelligo, apud Plinium lib. XVI, cap. XXXI, ubi ex eo refert tempus, quo Capella, quo item Hædi oriuntur. Vide etiam de Ione pauca apud doctissimum Paullum Leopardum lib. XI Emendationum, cap. xx.

Dinolochum ad LXXI Olympiada refert Suidas, uti & Gyraldus. Sed de eo dicam Olymp. xcii. Epicharmi tempore etiam claruit Phormus Syracusius, qui præfuit studiis liberorum Gelonis Siciliæ tyrañi. Ejus septem memorantur fabulæ Admetus, Alcimus, Alcyones, Illi vaftatio, Hippo, Cepheus sive Cephalæa, Perseus. Sed Athenæus in XIV etiam celebrat Phormi Atalantam. Sed alii de auctore dubitare: unde Hesychius: Οὐ τὰς Αἴγλαντας σωθεῖς. Primus hic ποδίπη sive talari veste prodiit in scenam, & scenam puniceis vestibus obdixit. Meminit & ejus Poëta Aristoteles in Arte Poëtica: sed apud eum perperam Phormis legitur.

His etiam temporibus claruit Magnes Atheniensis, antiquæ Comœdia Poëta: ut qui adolescens attigerit senem Epicharmum; teste Suida. Ac meminit ejus Aristophanes Equitibus*. Ex quo cognoscere est, cum primas antea in Comœdia soleret obtinere, postea exsibilari solitus in theatro. Memorat Julius Pollux lib. II, cap. IV, & lib. VI, cap. XXXIX, ubi citatur εὐ Λυδοῖς.

Olymp. LXXIV usque ad LXXXII claruit Achæus Pythodori, & Pythoridis filius: qui cum XLIII, vel secundum alios XXX, vel XXIV, fecerit fabulas, semel duntaxat vicit. Inter alias ejus est Κύκνος. Nam sic

sic apud Athenæum , pro κύκλῳ scribi debere , observatum Turnebo & Casaubono. Ejusdem Moſas Athenæo lib. viii.

Olymp. LXXV an. i, cùm Xerxes transmitteret in Græciam , natus est Euripides, testibus Laertio in ejus vita , Suida in Εὐεριπίδης , & Thoma Magistro in vita ejus Poëtæ. De eo plura Olymp. LXXVI i.

Hac LXXV Olympiade fuit Timocreon Rhodius , veteris Comœdiae scriptor , qui graves inimicitias gessit tum cum Simonide Melico , qui Olympiade demum LXXVI i i decepsit ; tum Themistocle , qui Olymp. LXXV ad Salamina vicit ; & Olymp. LXXVI i accusatus Argos profugit. Scriptis Comœdiis in Simonidem , & Themistoclem , atque alia , ut ex Suida cognoscimus. Quale ejus fuerit epitaphium , Athenæus dicet.

Eadem LXXV Olympiade , ut Suidas tradit , fuit Chœrilius Samius. Carmine descriptis Victoriae , quam Athenienses de Xerxe reportarunt , ac pro singulis poëmatiis versibus staterem reportavat. Decretumque ut carmen ejus una cum Homericō recitaretur. Etiam Lamiaca , & alia ei tribuuntur. Apud Archelaum in Macedonia mortuus est. Diversus ab hoc Chœrilo , qui Alexandrum Magnum in cultis versibus celebravit. Sanè inter eos plusquam totius seculi est intervallum. Sed idemne , qui semper cum Lysandro erat , ut ejus res gestas pangeret : ut apud Plutarchum legere est ? Vix id temporis ratio finit , cùm inter Athenas à Xerxe & Lysandro captas intersint Olympiades undeviginti.

Etiam tum floruit Sophron Syracusanus , Agathoclis , & Damnafylidis , filius , quem Xerxis , & Euripidis , temporibus fuisse , clarè ait Suidas. Sanè Olympiade LXXV exultæ Athenæ à Xerxe , ac proximâ florere cœpit Euripides : ut hæc satis convernant. Sed in alio est difficultas non levis , quod Suidas cum dixisset. Sophronem & viriles , & muliebres mimos scriptisse continuo subjungat , Εἰσὶ δὲ κατελογάδειν , Διαλέκτου Δωρεᾶς . Sunt autem solutæ oratione scriptæ , lingua Doricâ . Nec enim mimi ejus poëma dici possunt , si non fuere carmen. Nostra hæc sententia est , vel locum esse corruptum , vel Suidam errare. Caussam adduximus jam artis Poëticæ lib. i , cap. ii , ubi fuse hæc excussumus. Quanti verò Sophronem fecerit Plato , arguit , quod eos assidue lectitaret , quandoque etiam supposuerit pulvino. Virilium , ac muliebrium ejus mimorum , meminit Pollux lib. iv , cap. xxiv . Vti & Athenæus lib. xi i , & xi . Qui & Παιδία adducit lib. vi i , si recta est Casauboni emendatio. Nisi ea Sophronis Comici : de quo Olymp. CXXVII .

Fuit & tum Simonides Ceus Simonidis Lyrici ex filia nepos. Sanè avus vixit temporibus Xerxis , Themistoclis , Hieronis Syracusanî , ac cùm

cum isti , tum Simonides admodum fenex adhuc in vivis fuere Olymp. LXXXVII. At nepos dicitur Suidæ claruisse ante bellum Peloponnesiacum : quod incidit in Olymp. LXXXVII. Genealogiam tribus libris, ac totidem libris *Æschylus* sive Inventiones perscripsit ; ut ex Suida cognoscimus.

Olymp. LXXXVI an. IV *Æschylus* tragicus certavit , ac vicit Phineo, Persis , Glauco Potniensi , & Porthmeo : ut est apud Anonymum in Descriptione Olympiadum , ac meminit ejusce victoriæ etiam Scholiastes *Æschyli* in Persarum argumeto. De morte ejus dicam Olymp. LXXXI.

Eodem tempore , quo viguit *Æschylus* , Eusebio teste , etiam claruit Pindarus Thebanus , Myrtidis Poëta discipulus. Apud alios legas, fuisse Olymp. LXV. Sed vitiosis codicibus puto deceptos. Sanè apud Suidam quidem reperias claruisse Olympiade I.XV : sed additur , sub expeditione Xerxis ; quæ in LXXV Olymp. incidit. Fuit non lyricus solum , & dithyrambicu Poëta : sed præterea tragœdias fecit , & Epigrammata , atque alia.

Æqualis Pindaro Corinna Thespia , vel Corinthia , discipula Myrtidis , cognomento Musa-Lyricalis : imo quinquies fertur Pindarum vicese : ut est apud Helianum & alios.

Ab aliquibus etiam ad hæc tempora Onomacritus refertur , Orphai-corum auctor , quæ perperam ipsius Orhei dicuntur. Eum rectius , ut puto , referebamus antea ad Olymp. LXVI.

Olymp. LXXVII claruere Sophocles , & Euripides : ut est apud Eusebium in Chr. Nempe Socratis temporibus. Sed de his etiam postea.

Circa Olymp. LXXVIII nonnullis fuisse dicitur *Panyasis* , Poëta her-
oicus , Herodoti avunculus , vel patruelis. Diximus de eo Olymp. LXXII. Meminit quoque ejus Artemidorus lib. I , cap. LXVI *.

Stesimbrotus Panyali æqualis fuit. uti argumento est , quod Antimachus Clarius Panyalim , & Stesimbrotum audivit : ac Platonem in-
terea ætate antecesserit , cuius juventus in Antimachi incidunt senectu-
tem : quemadmodum in Antimacho ad Olymp. xcii dicemus.

Circa Olympiadem LXXX imperare coepit Perdiccas Macedoniae
rex , & imperium usque ad extremam Olympiadem LXXXVII , qua
Archelaus ei successit. Hujus Perdiccae temporibus , Suida teste , clari-
ruit Melanippides junior , qui lyricos , & dithyrambos reliquit : natus
è forore ejus Melanippidae , itidem Lyrici , de quo in Olympiade LXV
dicebamus.

Olymp. LXXXI an. I cum Callias archon foret , mortuus est *Æschylus* , ut traditum est Scholiastæ Acharnensibus. Porro à morte etiam

fabulæ

fabulæ ejus, sed emendatores, à Poëtarum aliis actæ sunt in Dionysii, atque ita qui vicerat vivus, etiam mortuus aliis prælatus. Id voluit Philostratus in Apollonii vita lib. vi, cap. vi : Εκάλετο δὲ τεθνεῶτας Διονύσια. τὰ δὲ Αἰχνύλα φησιομέλων (αὐτῶν) ἀνεπδιδούσελο, καὶ ἐνίκα εἰς ναυῆς. Quæ non satis cepit interpres regius, Fred. Morelius, cum sic vertit : *Et in Dionysii festis etiam mortuum convocant.* Quæ enim ab Æschylō inventa fuerunt, ediscuntur, ac præ ceteris habentur in pretio. Sed non est assecutus Philostrati mentem. Quæ hujusmodi est. Etiam mortuum advocant ad Dionysiorum festum, (quo tragœdiæ etiam agebantur.) Nam ex decreto Atheniensium iterum ejus fabulæ docebantur, denuoque vincebat Æschylus. Nempe idem dicit ac Fabius lib. x : *Tragœdias primus in lucem Æschylus protulit, sublimis, & gravis, & grandiloquus, saepe usque ad vitium: sed radix in plerisque, & incompositus: propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisere. Suntque eo modo multi coronati.* Idem legas in vita Æschyli, quæ à Scholiaſte præmittitur Poëta. In iis, qui sic vicerint, coronamque meruerint, fuere duo ejus filii Euphorion, & Bion: quae de te dixi lib. xi artis Poëticæ, cap. xiiii, §. iv.

Olympiade lxxxxi anno ii, ut in Chronico Eusebii est, claruit Cratinus Atheniensis, veteris comedie Poëta; qui cum fabulas xxii scripserit, novies vicit, Suida testante. Ejus Θεριάς, sive Thressas, vel Threicias, Pollux memorat lib. x, cap. xix: item Ωρας lib. vi, cap. ii, & lib. vii, cap. xxx: ad hæc Athenæus lib. ix, & Harpocratio in Εὐσίδῃ, Hesychius in Κύλιον, & Μυσικῇ. Etiam ejusdem Cratini bubulcum laudat Athenæus lib. xiv. Πτολεμαῖος Pollux lib. x, cap. xv, & Priscianus lib. xviii. Cratini Iunioris Omphala Athenæo lib. xv. Πυλᾶνη Cratini acta Olymp. lxxxix an. i, ut inferius dicam. Sed hic alius, ut infra videbimus.

Eadem Olymp. lxxxix an. ii, ab Eusebio memoratur Plato, Comœdiarum scriptor, saepe, cum Polluci, Athenæo & aliis memoratus. Illustre in eo dicendi genus agnoscit Athenæus. Duo de triginta fabulas reliquisse ait Suidas. Adonis ejus citatur Iulio Polluci lib. x, cap. xxiv, & Athenæo lib. x. Αἱ ἀρ' ἵεραι, sive mulieres Deo sacræ, quasi ἱεροδύλαις, nuncupes, Polluci lib. vi, & Hesychio in Λίνον. Γρῦπτας laudat Harpocratio in Πλειστελάσσοντες. Europam Athenæus lib. vii. Λάκωνας Athenæo lib. ix, quam tamen fabulam alii Sthenelo adjudicarunt, ut ex Harpocratione constat. Ionem idem advocat alibi. Lacoñes Athenæus lib. ix, sed dubitante de auctore Harpocratione. Legatos Athenæus lib. vi, & Harpocratio in Αποκηρύκτοντες, & Ζητηταῖς. Mammacythum, teste Hesychio in Μαμάκυθῃ. Mox Longa Polluci lib.

lib. vi, cap. xxxiiii. Phaonem Athenæo lib. iv, & Harpocratoni in Λαύρεως. Pisandrum Plutarcho in vita Antiphontis, (ubi εν Πεσσανδρῳ scribendum, ut monitum Casaubono.) & Athenæo lib. ix. Σύρφακα sive Μωροφύραν, Athenæo lib. viii, Harpocratoni in Καλλιστῃ, & Hesychio in Παλαιοεργα. Διακανέμψον, Athenæo lib. iii, & Polluci lib. vii, cap. xxix, ex Casauboni correctione.

Ad annum proximum in eodem Chronicò Hieronymiano refertur Aristarchus Tegeates, Poëta tragicus. Docuit tragedias LXX : bis solum vicit. Ultra annum centesimum vixit. Suidam sis adi. Alius ab eo Aristarchus Grammaticus qui Homerum correxit. De hoc in Ptolomæi Philometoris temporibus dicam.

Ad ejusdem Olymp. LXXXII an. ii, Eusebius in Chronicis refert Bacchylidem Ceum Lyricum, è Simonidis fratre natum. Idem tamen postea refert ad Olymp. LXXXVI an. ii. Nempe nihil prohibet, quominus utroque tempore claruit cum tantum sit quinque Olympiadum, sive xx annorum intervallum. Hujus Bacchylidæ poëmata in Pythiis ab Hierone prælata fuere Pindaricis ; ut est apud Pindari interpretes. Magnopere etiam eo delectatum Julianum Imper. dicet Ammianus Marcellinus. Hymnos ejus, qui dicuntur Σπηρυπόνι, memorat Menander Rhetor.

Ad ejusdem Olymp. LXXXII an. ii, ab Eusebio in Chronicis referunt Crates Comicus. Aristoteli quoque in Poëtica laudatus. Atheniensis & Aristophani in Equitibus. Hujus Γείτων, memorat Athenæus lib. ix, & Pollux sub finem lib. vii, item lib. x, cap. xxvi. Lamiam Pollux lib. ix, Παιδεῖα sive Lusiones Athenæus lib. xi, Synaristusas Pollux lib. vi, cap. xvii. Planè alius à Cratete Thriasio, de quo Olymp. CXIII.

Eadem Olymp. LXXXII an. ii, vixisse ab Eusebio dicitur Teleilla, poëtria Argiva, ex qua quædam adducit Hephaestio. Poëtriis metris accenset Censorinus in Fragmento cap. ix. Hæc Argivis feminis tantum animi inspiravit, ut Spartiatas fugarent. de quo etiam Clemens Alexandrinus lib. iv Stromat. * De statua ejus vide Pausaniam, Suidam, ac imprimis Plutarchum lib. de mihiereum virtutibus.

Item eidem Eusebio vixisse tum dicitur Praxilla, poëtria Sicyonia, ab Antipatro Theffalo in novem poëtriis Lyricis noto Epigrammate memorata. Meminit ejus inter alios Athenæus lib. xiii. Dithyrambos reliquississe & ab ea metrum Praxillium esse dictum, ex Hephaestione constat. De ejus Adonide vide Zenodotum in Proverbio, Stolidior Adonide. De Carneo quid seripsérit, dicet Pausanias in Laonicis. Superest ejus Carmen ad puerum Calain.

pag. 380.
edit. Lug-
dun.

Ad

Ad hanc LXXXII Olympiadem etiam ab Eusebio videoas referri Cleobulinam Lindiam , ut puto , ex Rhodo. Sed ea antiquior fuerit , si pater ejus Cleobulus Soloni fuerit familiaris. Vide , quæ diximus Olymp.

L X V I .

Verius ad ea tempora refertur Dionysius Pheræus , Plutarcho , ut Poëta memoratus. Ætatem indicat , quod filium habuerit Hieronem , cuius consilio & hortatu magnas res gesserit Nicias , Atheniensium Dux. Satis autem constat Niciam claruisse tempore belli Peloponnesiaci.

C A P V T V I .

De iis , qui à Pace Antalcidæ claruere , usque ad captas à Lysandro Athenas.

Sequitur tertium Imperii Persici tempus ; quod statuimus inter pacem Antalcidae , & captas à Lysandro Athenas : estque intervallum annorum XLVI. Fuere interea hi Poësi celebres : Aspasia Milesia , Hermippus Comicus , Empedocles , Epicharmus , Simonides Iunior. De Archelao expensum. Aristophanes , Theaurus , Eupolis , Teleclides , Morychus , Parmenides , Phrynicus Comicus , Lycus & Amiphas Comici , Euphorio , Euripides , Theodettes , Nicomachus , Theognis Comicus , Philocles , Cephisodorus , Diocles , Sibyllius , Philonides , Nicochares , Aristylus , Bacchylides , Apollodorus , Aristomenes Comicus , Pherecrates , Agathon , Euenus , Archippus , Timotheus Milesius , Dinolochus , Philistion Prusaensis , Charophon , Charemon , Theophilus , Antiphanes Carystius , Dionysius tyrannus , Antimachus Clarius.

De singulis pauca subjungam.

Aspasia Milesia etsi magis celebretur ut Σοφίστα , καὶ διδάσκαλος ^{της μαγιστρίας} λόγων φητοεκάρ * , sicut est apud Suidam : tamen & carmine celebris fuit , quod ex Athenæo cognoscimus. Ætatem satis inde cognoscimus , quod Periclis prius amasia , postea & conjux fuit , & bellum concitavit Samiacum , ac Peloponnesiacum : quorum illud cæpit Olympiadis LXXXIV an. IV , hoc Olymp. LXXXVII an. II .

Tum etiam claruit Hermippus Comicus Luscus , qui in Pericle scripsit Anapæsticos , & Aspaliam accusavit , quod cum Pericle faceret lenoci-

lenocinium. Quadraginta scripsisse fabulas, auctor est Suidas. Ex quibus Comœdiis Pollux lib. vii., citat Μαιάν, & Δημότας, quarum & Athenæus memināt lib. vii. idemque Athenæus lib. i.ii., laudat Αγριππωλίδας, lib. xv., Φορνιφόρας. Aliisque cum apud eosdem tum quoque apud Stephanum & alias legere est.

Olymp. LXXXIV in pretio erat Empedocles Agrigentinus: ut testis Diogenes Laërtius, & Anonymus in Descriptione Olympiadum. Agellius lib. xvii., cap. xi., ait Empedoclem in scientiæ naturalis studio floruisse circa id tempus, quo ad Cremeram cœsi Fabii trecenti. Id fuit Olymp. LXXVII an. i. Ut falli putem, qui Parmenidis discipulum credunt: ut dicam in Olymp. LXXXVI an. i. Vitam ejus scripsit Laërtius. Poëta uterque Physicus fuit. Fragmenta in poësi Philosophica collegit Henr. Stephanus. Etiam libellus exstat de sideribus octavi orbis, qui Empedochis Sphæra inscribitur. Elegantissime Senariis Latinis reddidit recensuitque Q. Septimius Flor. Christianus, ac Sphæram veterem Græcam inscripsit *. Credat aliquis, esse particulam ex tribus libris, quos de rerum natura Empedocles scripsit: unde multa citant Aristoteles, Plutarchus, Athenæus, Sextus Pyrrhoianus, & è nostris Clemens. Sed obstar, quod ea fuerint heroico versu scripta: hæc jambis constent. Quare verisimilius est auctorem esse Demetrium Triclinium, cuius scholia habemus in Sophoclem. Vel auctor is, vel saltem Ἀριστοτῆτος, quod præmissa indicat νεοτεία. Aliqua etiam de Empedocle dixi in Olymp. LXXI, & alibi plura dicemus. Quam varii veterum Empedoclis verbi citent, liquet ex Collectaneis H. Stephani in poësi Philosophica. Iis scriptoribus additum Philostratum lib. i. de vita Apollonii, cap. i., ubi duos versus adducit, & Pachymerii Commentarios in Aristotelem, ubi multos ejus elegantissimos versiculos reperire est.

Eodem, ac Empedocles, tempore claruit Epicharmus, uterque nimirum Siculus, & Pythagoræ auditor. Vterque etiam Poëta Physicus. Hujus itidem vitam à Laëtrio, fragmenta ex Henrici Stephani poësi Philosophica petere est. Duas ab eo literas Θ, & Χ, repertas ab Aristotle, & Plinio proditum est. In epithetis excelluisse legas apud Demetrium libro Ἀριστοτῆτος. Vixit annis xcvi i., teste Luciano in Macrobiis. Vnde est, quod aliqui Perfici temporibus, alii ante ea vixisse memorant. Fabulæ ejus multæ celebrantur. In iis est Ελπίς ή πατέρας Athenæo lib. vi. Priori nomine vocat Pollux lib. x, cap. xxxvi. Item Περιάλτης, Athenæo lib. iv. Nisi Περιάλτης, vel Περιάλτης scribendum, ut corrigunt homines doctissimi. In iisdem Opib, vel Opib. Fabulæ cuidam nomen Αχεωντης. Quid mirum? Sic Siculi dixerunt, pro eo, quod Græcorum aliis Αχεοντης, h. e. rusticus. Etiam scriptus Epicharmo

*Exedit
Morellus
Lucetia an.
1587. Qua
or Græca
primus edi-
catur in lu-
cem anno
1586.*

charmo geminus. Οὐνασδές, Αὐλόμολφος καὶ Ναυαγός. Adhac Δάριος, & Λεγίναι. Item Basiris, de qua Athenaeus lib. x. Et Megaris apud eundem lib. viii, & initio ix. Εν πτεραιῖ Περιηθὲ citat Pollux lib. x, cap. xxxii. Idem. verò πρεπής, καὶ πρεφόρος, quo nomine Aeschylī fabula fuit. Ex Epicharmi Hebes Nuptiis. quædam legas apud Athenaeum lib. iii. Item alii ex aliis.

Olymp. LXXXIV etiam claruit Simonides Iunior, Simonidis Lyrici è filia nepos. Sed ambigo, an & in Poëtis ei sit locus. Dixi de eo in iv de Hist. Lat. cap. vi.

Etiam Olymp. LXXXIV fuit Archelaus Atheniensis sive Milesius, Anaxagoræ discipulus; qui primus Philosophiam naturalem ex Ionia transstulit Athenas, & eo dictus est Physicus, quia in hoc quodammodo desiit Philosophia naturalis, Socrate discipulo. moralem introducente. Quamquam & Archelaus de morali quædam docuit: sed quæ auspiciatus ille, ea Socrates perfecit. Atque istorum quidem auctor nobis Laertius. Idem, ut ait Suidas, οὐνέταξε φυσιολογίαν *. Id sic Lilius Gyraldus vertit in iii Dialogo de Poëtis †: *qua naturæ propria sunt, multis versibus collegit.* Itaque & Archelaum inter Poëtas recenset. Sed addit, Poëtam physicum esse alium ab Socratis magistro. At unde id adstruat, non video. Nam Suidas clare ait φυσιολογίαν conscriptam ab Archelao Physico, Socratis magistro. Imò nec video, unde colligat, quempiam Archelaum carmine scripsisse de rerum natura. Saltem ex verbo συντάθειν, quo Suidas utitur, id colligi nequit. Et Laertius, cùm dicat tres præterea Archelaos fuisse, non tamen Poëtam in iis memorat.

Olymp. LXXXV an. iv, ut Eusebius ait, *Aristophanes clarus habetur, & Sophocles Poëta Tragicus.* Verum Sophocles jam claruit Olymp. LXXVII, ut antea dictum. Aristophanis aetas satis cognoscitur vel ex eo, quod æqualis fuerit Socratis, quem in Nebulis fæde convitiis proscidit. Item Cleoni, & Niciæ, principibus civitatis, quorum illum in Equitibus exagitavit, hunc in fabula Georgia. Sed & propter ejus maledicentiam in proceres Alcibiades legem tulit, ne quis Comicus nominatim aliquem in fabula reprehenderet. Ita factum ut Aristophanes induceret medium Comœdiæ genus inter veteris maledicentiam, ac novæ delicias. Hoc homine mihi αἴθικώποι, vel παλαικώποι: nec facile aliud æquè culparius, quam quodd nec pepercerit Socrati, Philosophiae parenti. Vide de Aristophane etiam Olymp. LXXXIX, & xc.

Pericles & Aristophanis tempore, ut ex Plutarcho, & aliis, constat, claruit Telecides, Atheniensis Comicus. Cujus Περιηθὲ citat Athenaeus lib. xi, Sterrhos idem Athenaeus lib. ix, & ex eo Suidas. Fuere & qui ei tribuerent Historiam Telchiniacam: ut autor est Athenaeus lib.

* Compo-
suit Philo-
sophiam.

† pag. 108.

lib. vii. Aristophanis etiam aequalis Morychus Tragicus, à Comico illo derisus. Ab hoc proverbium, Morycho stultior.

Etiam Olympiadis LXXXV anno quarto archonte Euthymene actæ Eupolidis Νερυνία : ut est apud Aristophanis Scholia in argumen-
to Acharnentium. Id quarto erat anno post decretum factum, ne deim-
ceps Atheis Comœdiæ ullæ agerentur. Nam id comisit Olympiadis
LXXXV an. i, archonte Myrichide, sive Morychide : ut est apud Anony-
mum in Descriptione Olympiadum. Sanè inter haec Myrichidem, sive
ut Suidas vocat, Morychidem, & quem dixi Euthymenem, sub quo id
decreta est abrogatum, duo fokū fuere archontes, Glaucides, &
Theodorus. De Eupolide plura dicam Olymp. LXXXVI an. III.

Olymp. LXXXVI an. i, ut est apud Eusebium in Chronicis, floret
Parmenides, Poëta Physicus, Xénophasis discipulus, ut etiam apud
Thermistium est. Ejus nomine Dialogum inscriptum Plato. Fragmenta
habes in poësi Philosophica, quam H. Stephanus colligit. Vitam vide-
re est apud Laërtium. Apud Suidam legas, ac quibusdam credi præce-
ptorem Empedoclis. Hoc non video, quomodo consistat cum iis, quæ
de Empedoclis ætate antea dicebam. Quare iis malo subscribere, qui
putant, ut apud eundem Suidam dicitur, Empedoclem fuisse discipu-
lum Telaugis ejus, qui Pythagoræ filius fuit.

Olympiade etiam LXXXVI, Suida teste, fuit Phrynicus veteris Co-
mœdiæ Poëta. Cujus hæ Comœdiæ memorantur à Suida, Ephialtes,
Connus, Cronus, Comastæ, Satyri, Tragoedi, sive Apeleutheri, Mono-
tropus, Musæ, Mystes, Poastræ, & Satyri. Vbi si error non est, gemi-
num Satyrorum nomine fabulam scriperit. Κέρον laudat Athenæus lib.
ix, Tragœdos idem lib. vi, & Arpocratio voce Διάθετος, Μορόγονον
Pollux lib. vii, cap. v, atque ultimo, & Aristophanis Scholia ad
Aves. Ποδσπιαι (quomodo dictæ feminæ farrientes, ac herbas noxiæ
evellentes) memorantur Polluci lib. iii, cap. x, & lib. x, cap. xxxvii,
Athænæus lib. iii, ita & x, cùm pro ποδσπιαι scribi debere Ποδσπιαι
recte viderit Casaubonus, adhac Harpocratio in Εξέλιξι. Καμαραι, ut
postea dicam, actæ Olymp. xcii an. ii. Musæ ejusdem Olymp. xcii
an. iii. Meministe hujus Poëtæ etiam Pausanias, Hephaestion, at-
que alii.

Eadem ac Phrynicus ætate vixeré etiam Lycus vel Lycis, & Ame-
pfias, Comici ambo, sed frigidi & ab Aristophane derisi. Amepfias ut
Socratem traduxerit, dicet Laërtius in ejus Philosophi vita. De ejus
Comœdiis dicam & Olymp. LXXXIX, & xcii.

Olymp. LXXXVII an. i Euripides Phoenissis editæ cum Euphorionem
certavit, & Sophocle: ut Anonymus Olympiadum scriptor testis est.

Tum quidem ingenii sui fætum primò edidisse , etiam Chronicus Eusebii canon testatur. Eum esse Poëtarum τελείωταν , ait Aristoteles in arte Poëtica. Auditor Anaxagoræ Phyfici fuit : in Rheticis Prodigium Ceum audivit : in moralibus doctore usus Socrate. Quæ non alio fine commemoro , quam ut liqueat , quantis doctoribus usi sint Poëtae , qui ad grandem Poëticæ laudis artem adsurrexerint. Sepultus est in Macedoniam , cum ad regem ejus Macedoniam esset protectus : ut ait Paulanias in Atticis. Sed videtur dubitasse de pervulgato mortis genere.

Euripidi fabulam scripturo ejus argumentum ac faciem primam delinebat Theodectes. Vnde sic Antiphanes :

Οὐ τὰ κεφάλαια συγχέοντες Εὐριπίδη.

Qui prima capita Euripi delincat.

Sed hic nequit esse Theodectes , Aristotelis condiscipulus : de quo Olymp. ciiii.

Nicomachus Atheniensis iisdem fuit temporibus. Ut qui etiam Sophoclem , & Euripedem aliquando vicerit. Oedipo imprimis est celebratus.

Tum etiam Theognis Comicus : sed frigidus adeò , ut ξιαν̄ sive Nix diceretur. Æstatem indicat , quod cum Euripide à Nicomacho sit victus.

Euripidi æqualis fuit Philocles Comicus , ex Åschyli sorore natus , teste Suida , & Aristophani ob deformitatem capitis derisus in Thesmophoriazusis. Hujus Τύρδος ή Εὔψυ memoratur à Scholiaste Aristophanis , & Stobæo serm. x , atque aliis. Ejus filii Morsimus , & Philippides , Poëtae : de quibus poetea.

Cephisodorus Atheniensis veteris Tragoediæ Poëta fuit , quales Åschyli temporibus , vel circa eavixerunt. Ejus fabulæ Antilais , Amazones , Trophonius , Sus. Auctor Suidas. Alius ab eo est Cephisodorus , qui nomen adeptus historia sua bellî sacri , sive Phocici. Vti & alius ejus nominis est , Iocratis discipulus : ut diximus in tertio de Historicis Græcis.

Socrates fabulas Åsopicas versibus reddidit : quæ apud Platonem laudat Cebes.

Circa hæc etiam tempora fuit Diocles Atheniensis , veteris Comœdiae Poëta : cuius Melissas laudat Athenæus lib. x , & Pollux lib. x , cap. xxiv. Atque iidem etiam memorant ejus Θάλασσα.

Item Philyllius , veteris & ipse Comœdiae Poëta : quem ἐν Φενερύχῳ citat Athenæus lib. xiv , & Pollux lib. viii. Alias ejus fabulas recenset. Est & alter Philyllius , item Poëta , de quo dicam in Poëticis ætatis successore.

Item

Item Samyrio (pro quo *Samyrión* perperam editum est apud Liliū) fuit veteris Comœdiæ Poëta , ob gracilitatem à Stratide Comico dictus *Canabus* , ut è Polluce cognoscimus. Hujus fabula Γέλως memoratur Athenæo lib. vii. Sed præterea ab eo scriptæ Δανᾶη , Ιω , Υψηλαστή , ut ait Suidas.

Adhæc Ἀενίκος , cuius Antea Polluci refertur.

Præterea & his temporibus itidem veteris Comœdiæ Poëta Philonides Atheniensis , quem & ipsum more suo ridet Aristophanes. Prius fullo fuit. Sæpius memorat Athenæus : et si sit , ubi id nomen in Philochorūm mutarit Dalecampius.

Philonidæ verò ejus filius Nicochares fuit , & ipse Comicus , quem itidem exagitat Aristophanes. Philonidæ Κοράρες laudat Pollux lib. ix , & Athenæus lib. vi. Sed de hoc ad Olymp. xcvi.

Aristylus Poëta non magai momenti à Comico Aristophane ridetur , ut neutiquam sit verisimilis eorum opinio , qui fuisse hujus filium arbitrantur.

Eiusdem LXXXVII Olymp. an. ii. *Bacchylidēs carminum scriptor agnoscuntur* : ut est in Chronicis Eusebii. Sed de eo jam dictum Olympiade LXXXI i an. ii.

Eiusdem Olympiadis LXXXVI i an. iii Archonte Apollodoro , (quo tempore Platona Philosophum fuisse natum , ab Athenæo traditum est) fabulas docuit Eupolis : ut est apud Scholiaстem Aristophanis in Prolegomenis , & Anonymum in Olympiadum descriptione. Sed & Olymp. LXXXV an. iv , h.e. sexennio ante spatiū proximè assignatum claruisse , superiùs ex aliis auctoribus dicebamus. Contra juniores facere videtur in Chronicis Eusebii : cui Olympiadis LXXXVI i an. i , *Eupolis & Aristophanes ; scriptores Comœdiarum agnoscuntur*. Sed tres hæ sententiae facile conciliantur , cum inter extremas sententias tantum sit intervalum annorum decem. Eius Δῆμοι memorantur Athenæo lib. iii.

Olymp. LXXXVI i claruit Aristomenes Atheniensis Comicus , unus eorum , qui θῆρας δίπλωσι , sive secundarii vocabantur. Auctores Suidas , & Anonymus in descriptione Olymp. Ac convenit hoc , quod Suidæ dicitur vixisse tempore belli Peloponnesiaci : quod cæpit Olymp. LXXXVI i an. i. Lilio non assentio : qui vult post id bellum fuisse , Olymp. xcvi. Cognomentum habuit Ἰγεόντιος , *januarum fabricator* ; ut est apud Suidam. Vbi aliqui malunt τυρονιὸς , *cæcos parans*. De Admeto ab eo acta dicam Olymp. xcvi an. iv.

Olymp. LXXXIX an. i , Archonte Isarcho , actæ primæ Aristophanis Νεφέλως , Cratini Πυλῆνη , Amipsiæ Κόννος : ut idem Olympiadum scriptor tradit , & Scholiaстes Aristophanis in Nubium Argumento. Ahno

ii actæ secundo Aristophanis Nubes, item Vespæ : ut testes idem Anonymus in Olympiadum descript. & Scholiares Aristophanis in fabularum argumento. De Amphiæ *Koumasis* dicam Olymp. xcii an. ii. Ejusdem Σφεδόνι memoratur Athenæo, & Polluci. Pro quo, ut Caſaubono monitum, corruptè interdum legas φείδων, aut φένδων.

Theorus Poëta ridetur ab Aristophane, cuius æqualis fuit.

Olymp. LXXXIX an. iii, Eupolidis Atheniensis Poëta Comici Κόλακες acta, archonte Alceo, ut est apud Athenæum lib. v, & Anonymum in Descriptione Olympiadum. Νεμυνία ejusdem, acta Olymp. LXXXV anno iv, uti dictum. Αυτολύνης, ejusdem acta anno seq. Septendecim annos natus docere fabulas coepit: quas xvii fecit, vicit autem septies. Eius ἄραι Capræ citatur Plutarcho Sympothæcon lib. iv, Polluci lib. ix, cap. xxiv, Macrobio, Erotiano in Πρόμηλοι, & Scholiaſti Aristophanis in Vespas. Ejusdem Δῆμοι Polluci lib. viii, cap. xxvii, & xxx, ac lib. ix, Harpocratoni in Οξυζυμία, Prisciano lib. viii. Ειλότης Athenæo lib. iv, & Polluci lib. ix. Φίλοι Athenæo lib. vi, & Harpocratio in Παρεγίστης, ac Paroemiographi in proverbio, Οὐδέ ποτ’ ἴσχε νί τίτερε. Προστάληοι (quod nomen à Prospalta, Atticæ populo) Athenæo lib. viii, Πόλεις Polluci lib. viii, cap. ii. Ejusdem Eupolidis Ταξιάρχοι, vel Ταξιάρχαι, laudantur Athenæo lib. iv, & Polluci lib. vii. Similiter memoratur Χευστήν ψύχη, sive Χευστήρης Polluci lib. vii, cap. xxii, & Aristophanis Scholiaſtæ in Ranas. Fortasse & dramatis nomen *Maricas*. Quintiliano: *Apud Eupolin Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex Musicis scire, nisi literas confitetur.* In bello Laconico militans naufragio periit in Helleſponto: unde, ut Suidas nos docet, decretum, ne postea Poëta militarent. Alii volunt ab Alcibiade in mare conjectum, quod in eum scripsisset Baptas. Aliqui id agnoscunt: sed tandem ajunt eluctatum. In Ægina mortuum refert Ælianuſ libris de Animalibus.

Olymp. LXXXIX an. iv archonte Aristione, (perperam apud Diodorum Aristone) Eupolis docuit Αυτόλυκον, & Pherecrates Αργεῖος, ut tradit Anonymus in Descript. Olympiadum, & Athenæus lib. v. Sed perperam apud Anonymum illum est Αργεῖος, pro Αρχίος, ut est apud Athenæum, & alios. De ætate Pherecratis etiam firmat, quod Eupolis, Aristophanes, Plato Comicus, Phrynicus, & Pherecrates, eadem ætate floruisse, dicat Suidas in Πλέτων. De Platone jam dictum Olymp. LXXXVI. Vbi & de Phrynicho actum. Pherecratis αὐτόμολοι citantur Athenæo lib. iii, & Suidæ. Δελοδίδασκαλοι eidem Athenæo ſcripiſ. *Kερατολοι* ejusdem eopſe libro. Ιπνὸς ή Παννυχίς, ejusdem lib. xi, & Pol-

& Pollucis lib. x, cap. XLVIII. Λύρας laudat idem Athenaeus saepius. Μεγάλης Athenaeus lib. II, & Erodianus in Αἴρων. Sed Eratosthenes Nicomacho adjudicabat: ut est apud Harpocratianem. Μένθηρος Pherecratis citantur Athenaeo lib. VI. Nisi pro Μένθηροι legendum ēν Λύραις, ut Casaubono visum, cui adsentio. Eundem ēν Περσῃ citat Athenaeus lib. VII. Pollux lib. VII, cap. XXX, & lib. X, cap. XX, item Priscianus lib. XVI; Hesychius in Μετάλλεον. Pherecrati etiam Chiron, incerti licet auctoris tribui solet: ut constat ex Athenaei lib. IX, & XIV, Χείρονας vocat Priscianus lib. XVI. Etiam in Etymologico Magno, voce Βονδρομίῳ, ubi citatur Pherecydes ēν Αὐλόχθον, doctissimo Sylburgio adsentio, qui pro Φερεκύδης legere malit Φερεκεφέτης. Licit non ignorem eodem opere Pherecydem citari in Αἴρων, & Παλάθιον, & Πολέμων, & Την. Sed de Pherecyde alibi dictum.

Olymp. xc an. I Agathon Tragicus vicit Lenaeis: ut est apud Anonymum in Descript. Olymp. & Athenaeum lib. V. Ejus τὰ δημιουρία ἐσιάτηρι apud Platonem in Convivio. De hoc Poëta sic Philostratus libro I de vitis Sophistarum in Gorgia*: Αγάθων ἡ ὁ περιγράμμας ποιητὴς, ὅν οἱ *pag. 497.
ποιητικῶν, συφόν τε, καὶ καλλιεπῆ οἰδε, ποιῶντας τὸ Ιαμβέτων γραμμάτειν. edit. Paris.
Agathon autem, tragicus Poëta, quem comœdia sapientem, & elegantem, esse
nouit, in jambicis suis plurimum emulsius est Gorgiae. Vide etiam, quæ dicam ad Olymp. C I. an. 1608.

Olympiade eadem xc fuit Euenus, Poëta elegiacus. Etatem ejus inde cognoscimus, quod fuerit præceptor Philisti historici, qui Olymp. XCII an. II, cum Dionysius Senior ab Syracusanis multaretur ob rem male gestam adversus Carthaginenses, se prædam pro illo dedit. Pluraque de Philisto illo diximus lib. I de historicis Græcis, cap. VI. Eueni versum etiam Aristoteles adducit, ut ostendat confuetudinem esse alteram naturam. Etiam Eueni dico supersunt Epigrammata in Cri-diam Venerem, & tertium in Myronis vaccam.

Olymp. xc an. I, archonte Aristomnesto, Archippus Comicus unicā vicit fabula: ut est apud Suidam in Αἴρων, & Anonymum, qui Olympiades descripsit. Idem Pisces edidit, quos Iulius Pollux laudat lib. x, cap. V, ac saepius Athenaeus. Præterea scripsit τὸ θέατρον, ut liquet ex Polluce lib. VII, cap. XIV, & Aristophanis Scholiaste ad Vespas. Ejus fabularum aliquæ Aristophani tributæ. Auctor vitæ Scholiaстis: Εὔραψε ἡ θράματα μεδ (Suid. v) ἢν αὐτολέγεται τέσαρες μὲν χιλίαριτες. Εἰς τὸ τεῦτα Ποιητική, Ναύαρι, Νησοι, Νισις. Αἴρων ἐφασκεν. εἶναι Σ. Αἴρων.

Aristophani item æqualis Strattis ut ex Plutarcho in Isocrato colligo:
ubi

ubi ait, ab utroque eorum, Aristophane inquam, & Strattide, Theodorum, Isocratis patrem ob filiam fuisse notatum in Comœdiis. In Strattidis fabulis fuere Φυχασιαι: quo & nomine fabula fuit Sannyrionis. Cæteras ejus fabulas recenset Casaubonus in Athen. lib. viii, cap. xxiiii: ubi & refellit errorem Suidæ existimantis Strattidem fuisse tragicum, qui Comicus fuit. Nec minus Gyraldo aberratum, cum duos Strattides, unum Comicum, alterum Tragicum facit.

Olympiadis ejusdem anno ii, Archonte Chabria, actæ Aristophanis Aves Athenis, ut Anonymus ait in Olymp. Descript. item Amphiaraus ejusdem, teste Aristophanis Scholiaſte in Avium argumento. Imò & actæ tum Amphiæ Κωμασιαι, & Phrynichi Μονότεωσι, ut in altero Aristophanicæ ejus Comœdiæ argumento legere est.

Olymp. xcii an. iii, Archonte Glaucippo, acta Sophoclis Φιλοκλῆς: ut tradit Anonymus in Olympiadibus, & Scholiaſtes in ejus fabulæ argumento. De natali ejus dictum Olymp. LXXI an. ii.

Hac etiam Olympiade, vel aliquanto antè Dinolochus (Δειγολόχος) Syracusanus aut Agrigentinus, Poëta Comicus: qui Doricâ dialecto xiv fabulas scripsit: ut auctor Suidas. Sed addit, vixisse δέ της οὐ Ολυμπιάδος, Olymp. LXXXIII. Quod esse nequit, si ut proximè subdit, Epicharmi fuerit, vel filius vel discipulus: vel si fuerit Epicharmi αὐτογνωστὸς, sive adversarius: ut Ælianuſ ait lib. vi de Animalibus, cap. li. Nam is claruit anno LXXXIV; ut superiùs vidimus.

Olymp. ejusdem anno iii, Archonte Callia, Sophocles, & Euripides, obiere: ut de utroque testis Diodorus Siculus lib. xxi, & Anonymus in Descriptione Olymp. Eusebius in Chronico refert ad hujuscem Olymp. an. i. Chronicon Alexandrinum ad Olympiados proximæ an. iii. Apulejus verò ait Sophoclem fuisse superstitem Euripi: & quidam demum, si Suidam audimus, sexennio post eum obiisse. Eopse anno Aristophanes docuit Ranas, teste Anonymo in Descriptione Olympiadum: item Phrynicus Musas, & Plato Comicus Cleophonem: ut ait Aristophanis Scholiaſtes in argumento Ranarum.

His etiam temporibus viguit Philistion Prusæensis, vel Sardianus: ut qui tempore Socratis obierit. Scripsit, Suida teste, Comœdias βιολογικαὶ, vel potius βιολογικαὶ, h. e. mimicas. In fabulis fuit ὁ φιλογέλως, sive risus amans. Alius ab eo Philistion Locrus vetus medicus, & nobilis: ut eum vocat Agellius lib. xvii, cap. xi. Ac fortasse apud Fulgentium lib. i Mythologicon, cap. de lauro, ubi citatur Philocrus de Somniorum interpretatione reponi Philistion Locrus debet.

Chærophon Tragicus, patria Atheniensis, iisdem, Philippi nempe Mace-

Macedonis temporibus vixit: ut est apud Vlpianum Rhetorem: ut arguit, quod fuerit Socrati & Demostheni familiaris. Is de Heraclidarum descensu scripsit Tragoëdiam. Etiam mentio ejus fit apud Aristophanem in Nubibus, Athenæum, Philostratum in Sophistarum vitiis.

Chæremon Comicus etiam tum vixerit: si quod apud Lilium legas, Socratis discipulus fuerit. Aristoteles in Rheticis ejus Pentheum celebrat. In fabula Hippocentauro, omne metrorum genus miscuit, Meminit & Athenæus; uti etiam Vrei & Alphesibœæ: pluresque fabulas recenset Suidas: atque addit, diversum ab eo esse Hieroglyphicorum scriptorem.

Theophilus, Medicus Epidaurius, Comicus Poëta, extremis Eupridis temporibus vixit: atque ejus epitaphium scripsisse dicitur: quod alii Thucydidi tribuerunt. Ejus Pafcriatasta ab Athenæo citatur lib. x. Sed & alias memorant idem, ac Suidas.

Olymp. xciiii an. i, archonte Eucltemone, claruit Antiphanes Carystius, Mediæ Comœdiæ Poëta, ut est apud Suidam in Ανθράκης, & Anonymum in Descript. Olymp. Atque addit Suidas, reliquiss filium, Comicum & ipsum. De hoc Antiphane Athenæus initio lib. xiiii Deipriosophisticō: Ανθράκης ὁ κωμοδοιοίς ὡς ἀνεγένωσε πνὰ τῷ βασιλεῖ Αλεξανδρῷ τὸ ἐπωτὶ κωμῳδῶν. (ὁ δὲ δῆλος ἦν όπαν πάντας εἰπούσας διδειπονέναι, καὶ τοῦτο ἐπωτὶς τολεονάκις, ηὔληφέναι, καὶ δεδωκέναι τολυχάς. *Antiphanes Comicus*, cum suarum comœdiarum quandam Alexandro recitasset, & non admodum acceptum fuisse Rex præ se ferret, Oportet inquit, οὐ Ρέξ, has qui probaturus sit, εἰ σύμβολις κερὸς κανάζε, & σεπινος apud scortum plagas multas & accepisse, & intulisse. Plurimæ Antiphanis citantur; ut Ακέσπια sive Sartrix Athenæo lib. vii, ix, & xiiii, & Polluci lib. iv, cap. xix. Λαιδορόθη Polluci lib. ix. Archestrata, - - - Autem ἐρῶν, sive Seipsum amans, Athenæo lib. x, & Polluci lib. x, cap. xxxii. Aesculapius Athen. lib. xi, Ανθράκης Athenæo lib. xiiii, Βομβολίδης, à poculi genere, Athenæo lib. iii. Βοιωτία Polluci lib. x, cap. xxiiii: pro quo perperam Βιώνον apud Athenæum, ut observatum Casaubono. Etiam laudatur in Κνοῖσθιδη Γαστρωνι Athenæo lib. x: nisi scribendum Σκριθίδη, de quo ad Athenæum Casaubonum Animadv. lib. vii, cap. ix. Κύκλωψ memoratur Polluci lib. vii, & ix. Κύριος Κώρυκος Athenæo lib. iv. Δερπαγγωνος, sive servum retrahens è fuga, Athenæo lib. iv. Milanion Athen. lib. x. Mystis Polluci lib. x, cap. xix. Πανδερεγνής Athen. lib. vii. Προσατός sive Opilio;

vel Pastor, Athen. lib. viii. Problema Athen. lib. x. Rusticus sive Butalio Athen. lib. viii, Sappho Athen. lib. x. Scythæ Polluci lib. viii, cap. xiii, & Athenæo lib. vi. Θομένχιων, Athen. lib. iv. Traumatis Polluci lib. iv, cap. xxv. Θωράκιος, Athenæo lib. xii. Obiit in Chio annos natus LXXIV filium relinquens Stephanum, itidem Comitem Poëtam.

Olympiade xciii an. iv, Dionysius Siciliæ tyrannidem invadit: obiit vero Olymp. ciii anno i. Præter historias, etiam Comœdias & Tragoedias scripsit. Dionysii tyranni Adonidem citat Athenæus. Imo & Θεοφόρον. Nam aduentio Casaubono lib. ix rescribenti Διονύσιον εν Θεοφόρῳ, ubi vulgo Διονύσῳ.

Dionysio æqualis fuit Antipho Rhamnusius quem, ut Poëtam, etiam laudat Aristoteles libro de Poëtica. Cumque Dionysio, & domi solus Tragoedias fecit. Comicum etiam fuisse ait Philostratus. Artem etiam oratione sanandi morbos profitebatur. Inde idem quoque orator fuit. Ac vitam fuse describunt Plutarchus de x oratoribus, & Philostratus in Sophistis. Ex Plutarcho cognoscimus, temporibus vixisse Socratis, Alcibiadis, Critiæ, ac imperfectum esse à xxx tyrannis, sicut antea retulerat Theopompus xv Philippicæ. Alii tamen ajunt, ut ibidem legas, in Sicilia occisum à tyranno Dionysio majore, sive quia dixisset optimum esse illud æs, unde Harmodii, & Aristogitonis statuæ essent conflatae, quo pacto ad necandum regem incitare videbatur; sive quia Dionysii regis comedias convitiis proscinderet. Siquidem Dionysum fuisse Poëtam, antea diximus. Interim ista etiam de tempore conveniunt. Sed ut de Dionysio verius putem, facit, quod Aristoteles lib. de Poëtica ait, cum Dionysii jussu ad supplicium diceretur cum aliis, & hi caput velarent præ pudore, rogasse eos, ecquid metuerent ne quis eos crastino consiperet.

Iisdem temporibus claruit Sthenelus tragicus, memoratus Aristoteli in Poëtica, & Harpocrationi. De ætate ex eo cognoscimus, quod ejus, ut æqualis, meminit Lysias, qui Pericles, Peloponnesiaci belli, & xxx tyrannorum temporibus vixit.

Etiam Olymp. xciii an. iv, archonte Alexia, floruit Antimachus Clarius, (Clarium Poëtam vocat Ovidius) sive, secundum alios Colophonius. Vicinæ sunt Clari & Colophonis civitates. De ætate est apud Anonymum in Descriptione Olympiadum. Atque hoc eo firmatur, quod æqualis fuerit Lysandro, à quo Nicerato Heracleotæ posthabitus: item Platonis Philosopho, quo, audiente, Thebaida suam recitavit: sed adhuc juvete: unde Suidas ait fuisse Platone antiquorem: uti juniores dicit Panyasi, & Stesimbroto, quos audiverit. In heroico secundas

secundas ei ab Homero Grammatici dedere , teste Fabio. Reprehensus tamen , ut tumidus , & verbosus : qua de re non est animus Lilium in Poëtarum historia exscribere : vel etiam Turnebum Adversariorum lib. xxviii , cap. xxxviii . Hic cum Hadriani Cæsaris tempore à plurimis ignoraretur , usque adeò tamen illi placuit , ut cogitaret de abolendo Homero , inque ejus locum substituendo Antimacho : quemadmodum ex Dione narrat Xiphilinus .*

Alius est ab Antimacho Heliopolita , qui Κορυνωτας ter mille septingentis octoginta † versibus descriptis. Alius item ab Antimacho Melico Poëta , cui cognomen Ψεκας , quia familiaribus colloquiis , instar Ψεκας , sive minutissimæ pluviae , irrigaret atqueaspergeret , nec nisi doctiores à se dimitteret.

* pag. 258.
edit. H.
Steph.
† Perperam
in Wolfi
translatio
ne de ter mille
ni præteri
tur. Nam
Grac est
24.

C A P V T V I I .

De Poëtis Græcis , qui post captas à Lysandro Athenas
claruere , usque ad Μοραξιανους Græcorum.

SVpereft quarta imperii Persici pars : ubi dicendum de Poëtis , qui floruere post captas à Lysandro Athenas , usque ad Μοραξιανους Græcorum , sive Darium Codomanum ab Alexandre devictum.

Quod spatium est annorum LXXXIII. Nempe ab Olymp. xciv an. i , usque ad Olympiadis cxii an. ii ; quo cœpit Μοραξια Græcorum.

Hoc intervallo claruerunt Antilochus , Critias , Morsimus , Isocrates vel Aphareus , Asclepiades Tragicus , Stratis , Astydamas Tragicus , Iophon , Socrates , Melitus , Diogenes sive Oenomarus , Melanthius , Timotheus Milesius , Philoxenus Cytherius , Telestes Selinuntius , Sophocles , Amphis Comicus , Aristophanes Comicus , Nicophon , Alcaeus , Nicoclares , Apollophanes , Lysis Pythagoricus , Carcini duo , Eudoxus Cnidius , Anaxilas , Anaxandrides , Eubulus Cettius , Mnesimachus , Araros , Philetarus Comicus , Agathon , Astydamas , Theopompus Comicus , Nicostratus , Theodectes , Pigres , Ephippus , Epicrates , Philippus , Erinna Poëtria ,

Poëtria, Xanoclides, Aeschines, Philetas Cous, Soficles Syracusius, Myrtilus, Hermippus, Euphanthus, Crantor Solensis.

Hos etiam suis singulos Olympiadibus distinguemus.

Olymp. xciv in honore erat Antilochus : qui cum carmine Lysandri laudes scripsisset , ab eo , Plutarcho teste , donatus est pileo Laconico argenti pleno. Lysander is Athenas cœpit Olymp. xciv an. i.

Olymp. eadem claruit Critias , unus è xxx tyranis , Atheniensium civitati impositis à Lysandro ; imò eorum facile princeps : quem loquenter in Dialogis inducit Plato. Poëta fuit elegiacus ; ut arguit, quod ad Alcibiadem etiam elegiam scripsit. Sed cùm id carmen non admittat tres continuas breves, quales in Αλκιβιάδεω, jambicum pro pentametro substituit. Luculentum Critiæ fragmentum Iambicum apud Sextum Philosophum supereft. Alium Critiam puto, Callæschri filium Poëtam : cuius versus refert Athenæus lib. i, x, xiiii.

Claruit & tum Morsimus, filius Philoclis, qui ex sorore Aeschylina natus fuit. Eum ridet Aristophanes hoc versu :

Καὶ διδασκομένην πεισθέντα Μορσίμον τεγγωδίαν.

Atque accinere condocerem Morsimi Tragœdia.

Ejus filius Aftydamas fuit : de quo deinceps.

Olymp. xcv, ac deinceps, claruit Isocrates : natus Olymp. LXXXVI, septennio ante Platонem. Suidæ interpres Portus errat , quando tum claruisse ait. Natum debuerat dicere. Græcè est : Γενόμενος δέποτε πέντε Ολυμπιάδες, ὁ εἰς μὲν τὰ Πελοποννησιακά. Sanè hic dicitur id tempus incidere post bellum Peloponnesiacum. At id finitum captis à Lysandro Athenis Olymp. xciv an. i : ut non possit per Olymp. LXXXVI intelligi alia, quam quā natus. Isocratis verò meminimus hoc loco, quia Gyraldus cenlet eundem fuisse Poëtam tragicum : idque ex uno Plutarcho in Rhetorum Vitis : de quo in Aphareo mox dicam. Ibidem legas in Mausoli funere certasse eo in certamine , quod Artemisia constituerat. Sed verius, ut puto , Suidas ; qui putat eum fuisse alium Isocratem hujus Isocratis discipulum , ex Ponto Apolloniatem , vel ut alii volunt, Heracleotam. De certaminis ejus tempore dicam in Olympiade ciii.

Aphareus, privignus Isocratis, scripsit Tragœdias xxxvir: ut est legere apud Plutarchum in vitis x Rhetorum , ubi de Isocrate. Lilius tamen Gyraldus Dialogo vii de Poëtarum historia ait vitrici opus fuisse: atque hoc ex Plutarcho relucere. Evidem planè metuo, ne eum fugerit ratio. Nam quæ Plutarchus dicit de Tragœdiis , ejusdem esse ait , ac ejus cuius fuere orationes , de quibus antecessit. At illas istic Apharei dici, satis est apertum.

His

His etiam temporibus claruit Strattis; tragicus Atheniensis: cuius fabulae memorantur Athenaeo, & Suidae. Etatem ostendit, quod Theodorum, Isocratis parentem, propter filiam, Isocratis sororem, Aristophanes, & Strattis notarint in Comœdiis. Isocrates vero natus Olymp. LXXXVI, annis VII ante Platonem. Ac XXX tyrannorum tempore claruisse, ex Plutarcho in X Rhetorum vitis, fatis est apertum. Tyrannis ea coepit Olymp. XCIV.

Asclepiadis, Tragoediarum scriptoris, qui Isocratis fuerit discipulus, meminit Plutarchus in Vita Isocratis, libro eo, quo X Rhetorum vitas est complexus.

Olymp. XCV anno II archonte Aristocrate, Astydamas Tragicus fabulas suas edere est exorsus: ut est apud Diidorum Siculum lib. XIV, & Anonymum in Descriptione Olympiadum. Fuit Isocratis auditor: sed ab Eloquentiae studio se ad Tragoediam scribendam convertit. Fecit fabulas CC XL: sed vicit solum XV. De utroque testis Suidas. Filium habuit cognominem: de quo Olymp. CII.

His etiam temporibus clarescere cœperit Iophon Tragicus, Sophoclis Tragici, ut Suidas ait, filius præter quem & alter ei filius, fuit, sed nothus nomine Ariston. Alius ab eo Iophon Gnosius, qui vatum oracula carmine expressit Heroico, teste Pausania in Atticis.

Socrati etiam aliquis hic est locus: ut qui paullo ante finem vitae, scripsicerit Hymnum in Apollinem, & fabulas Æsopicas carmine reddiderit. Plato in Phædone t. O δινέος ταῦτα λέγειν, Νητ. Δία, ζφη, ὡς Σωκράτης, έν γ' ἐπίμονος αὐτεμνήσας με. τοιούτοις τοι τοῦ ποιημάτων ὥν πεπίνησας, εἰλένας ταῦτα λόγιας, καὶ τὰ εἰς Απόλλωνα προσοίμουν, ηδοι πνέεις με προτοῦ ηδη, αἴτιος καὶ Εὐηνὸς πεύσις, οὐ, πι ποτὲ Διέγενονθεῖς, ἐπειδὴν δεύρο ηλιθεῖς, ἐποίησας αὐτὰ, περιπέρων δέδειν πώποτε ποιήσας. Cebes igitur sic exceptit, Per Iovem, inquit, bene factum, quod mihi hæc in memoriam revoces. Quippe de poëmati, quæ nuper fecisti, innuebat autem fabulas Æsopicas carmine redditas, & hymnum Apollinis, & alii ante me interrogarunt, tum & nuper Euenus, quâ de causa, postquam huc venisti, istos versus feceris, cum antea nunquam feceris versus.

Etiam Olympiade hac, quâ Socrates cicutam bibit, vixit Melitus Orator, atque idem Tragicus Poëta; sed, ut veteres tradidere, Καθηψης, q. d. subfrigidus. Est hic ille, qui cum Lycone, & Anyto, Socratem accusavit; ut est apud Suidam. Aristophanes etiam ridet eum; qui tamen non minus Socrati fuit infestus, ut ex ejus Nebulis liquet.

Olymp. eadem, ac seqq. nempe cum XXX tyranni Athenis imperarent, claruisse Suidæ dicitur Diogenes, aliter dictus Oenomaus, Atheniensis Tragicus, Octonas ejus fabulas memorat idem Suidas. Laudat

* pag. 64,
vers. 4.

^{t Tom. I,}
pag. 60,
edit. Henr.
Steph.

& Athenæus lib. xiv. Obscurus erat, quia consecraretur voces priscas, ut in Melanthio dicam.

Diogeni huic æqualis Melanthius: qui de quadam Diogenes Tragœdia rogatus judicium, respondit, se eam non conspicere tot vocum obscurarum involucris obiectam. Auctor Plutarchus libro de audiendo. Tragicus fuit, & elegiacus, ut ex Athenæo constat. Simleriana epitome Tragicum, & elegiacum diversos facit: sed cauſam non video. Meminit & semel iterumque Melanthii Plutarchus in Cimone: ubi & distichon ejus in Cimonis laudem citat. At aliud Μελάνθιον, qui pag. 592. ὡρὴ μυστεῖαν scripsit. Citat Aristophanis Scholiastes *. De Melanthii etiam dixi lib. 111 de Historicis Græcis.

Eiusdem Olympiadis xcvi anno 111 Ithykle archonte, claruere quatuor insignes Poëtae Dithyrambici, Timotheus Mileius, Philoxenus Cytherius, Telestes Selinuntius, & Polyeidus: ut est apud Diodorum lib. xiv, & ex eo apud Anonymum in Olympiadum descriptione. Sed legas utrobique Τιμόθεον Φιλόξενον, pro Μίλειον, ut ex Stephano in Μίλητῳ, & Suidam legi oportere videntur Meursius lib. 111 de Archontibus cap. xvii. Vbi & Stephani de eo verba sic corrigit: Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδὸς ἐποίησε Νόμουν κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα, εἰς ἑπτῶν ὄκτων χλίαιν τὸ δριθὺὸν τῷ τραγούματι αὐλῶν χλίαι. Perperam vulgo pro αὐλῶν legitur ἀλλῶν. Apud Suidam vero est versibus scripsisse, νόμους, sive modos Musicos xix. Inde apud Clementem lib. i Στραματεῶν legas, primum esse, qui in choro cithara cecinerit νόμους. Idem Suidas addit, etiam fecisse Dithyrambos xviii, hymnos xxi, τραγούματα xxxvii, Αλεπούδας, sive apparatus vel descriptiones viii. Adhac Dianam, Encomium, Phinidas, Laertem, & Persas, sive Ναύατλιον, sic recte legitur apud Suidam. At perperam apud Athenæum lib. viii pro Ναύατλιον est Ναυάτλιον. Atque eodem libro ab Athenæo citatur Timothei Charon ē τὰ Νιότην. Vide & quæ de hoc Poëta diximus Poëticarum Institut. lib. 111, cap. xiiii, §. iv, & cap. xvii, §. 111, & ix.

Est vero hic Timotheus ille, qui decimam, & undecimam chordam Lyrae addidit, ac veterem Musicam fecit molliorem: & contra quem Spartanorum decretum exstat apud Boëthium. Nam eum vixisse temporibus Euripidis, & regis Philippi Macedonis, apud Suidam legas: qui & ait, decessisse annos natum xcvi. Ac satis convenit quod ab Archelao rege dicitur fuisse perstrictus ob avaritiam. Idem & Tragicus Poëta fuit: interque alia edidit Σεμέλην ὠδῖνα, Σemeles partum: in qua fabula induxerat Semelen, dum parit, indecorè ejulantem. Eoque nomine à Stratonico fuit reprehensus: ut observatum Paulo Leopardo.

do. Vide & Casaubonum Animadv. in Athenæum lib. viii, cap. xi. At aliis Timotheus, mediae Comœdiae Poëta: cuius hæc drāmata à Suida memorantur, Πύλης, sive Pugil, Παρεγκαθένη, Depositum, Μεγάθλομφος, ή Μεγάφερόμφος. Mutatus sive Translatus, Κυνάειον sive Catellus, cuius meminit Athenæus in vi. De Timotheo utroque satis.

Timotheo Milesio ὄμηλην faciebamus Philoxenum Cytherium: à quo dithyrambos esse inventos putavit Pindari Scholiafestes. Sed hac parte magis fidem meretur Herodotus in Clio. Is Arionem Lesbium sive Methymnæum, fabula de vectore delphino nobilem, primum fuisse ait, qui Corinthi docuerit dithyrambos. Atque idem etiam proditum ab Aristotele: ut testis est Proclus in Chrestomathia. Sanè Philoxenus Cytherius multo post Herodotum vixit: nempe Platonis temporibus. Nam & is Syraculanorum tyranno Dionysio juniori familiaris fuit; ut Pausanias in Atticis ait. Sed idem ab eo est interemptus, postquam eum ἐγνωσθεὶς * deriserat in Cyclope suo, sive de amoribus Cyclopis, & Galateæ. Meminere Athenæus lib. i, & Äelianus lib. xii Var. Hist. cap. XLIV. Idem Convivium scripsit: unde quædam adducit Athenæus lib. iv, & xiv. Cujusmodi ejus dictio, & ingenium fuerit Isaacus Casaubonus dicet Arimadversionum in Athenæum lib. iv, cap. xi. Nempe planè ad lasciviam, & nugas comparata.

Tertius eorum, quos ex Diodoro æquales fuisse dicebamus, Telestes Comicus erat. Cujus dithyrambos ab Harpalō esse dono missos Alexandro Magno, in hujus vita refert Alexander Magnus. A Suida duæ ejus fabulæ ex Athenæi decimoquarto memorantur, Argo, & Äsculapius.

Quartus erat ὁ Πολύειδος, qui, ut loco ante memorato Diodorus Siculus ait, etiam Pictoriæ, & Musicæ arte excelluit.

Olympiadis ejusce xc anno iv, Lysiade archonte, fabulas edere cœpit Sophocles, Sophoclis filius, ut tradidit Anonymus in Olymp. descriptione.

Iisdem temporibus fuit Amphis Comicus. Sanè Platonis ætate vixisse, ex Laertio cognoscimus. Amphidis Γυναικεμανίαν laudat Athenæus in xiv.

Olymp. xcvi, a. i. iv, Antipatro archonte, Aristophanes edidit Plutum; ut ait Anonymus Olympiadum scriptor. Item tum edidit Aristomenes Admetum; Nicophon, Adonidem; Nicocharès, Lacones; Alcaeus, Pasiphæn; ut ait Scholiafestes Aristophanis argumento Pluti. De Aristomene dictum Olymp. LXXXVIII. Nicophon (Νικόφων) veteris Comœdiae Poëta memoratur Athenæo lib. iii εὐ τῆς Χειρογάστρου. Vti & lib. ix ac xiiii. Suidæ Poëta vocatur Νικόφρων, fabula ἐγχειρογάστρες.

* figurati.

γάσπες. Nicophonti itidem Πανὸς Γονᾶς & Pandora tribuuntur à Polluce lib. vii, cap. x, & lib. x, cap. xxxiv. Adhæc Athenæo, & Scholiaste Aristophanis ad Aves, At Nicophronti non uno in loco adsignat Suidas. Præterea, ut est apud Suidam scripta ab eo, Εξ ἀδελφῶν, ab inferis veniens, & Sirenes.

Etiam ætate Aristophanis, ut dixi, claruit Alcæus: non ille lyricus, de quo antea dictum; sed comicus: quem decem Comœdias reliquissæ autor est Suidas. Earum Endymio memoratur Polluci lib. ix. Paphaë eidem lib. x: qua cum Aristophane Athenis certavit. Athenæo etiam citantur Palæstine, Nuptiæ sacræ, Sorores stuprum passæ, Ganymedes, & Callisto.

Claruit & tum, ut puto Callistratus, Atheniensis Comicus, Aristophanis præcipue æmulus.

Aristophanis etiam temporibus, ut item dictum à Suida, fuisse Nicocharæ, dicitur, Atheniensis Comicus, filius Philonidæ illius Comici, de quo dicebamus Olymp. LXXXVII. Ejus Nicocharis hæ fabulæ eidem Suidæ memorantur: Amymone, Pelops, Galatea, Hercules uxorem ducens, Hercules choragus, Cretenses, Lacones, Lemniæ, Centauri, & Χειρογάσπες. Herculem Choragum nominat & Pollux lib. viii, cap. xi: Herculem Γαμέμθων, sive Nubentem idem lib. viii, cap. xi: Lemnias idem lib. x, cap. xxiv, & Athenæus lib. viii: Chirogaftoras Athenæus lib. xv. Deliada præterea Aristoteles memorat in Poëtica.

Apollophanes ab his temporibus non potest multum abfuisse, cum antiquum eum Comicum statuat Suidas: qui & quinque ejus fabulas recenset. Etiam Comicum dicit Älianuſ lib. vi Histor. Animalium cap. lii. Cæterum etiam Apollophanem in Epico carmine recenset Fulgentius lib. i Mythologicōn*. Alius ab eo Apollophanes memoratur Plinio, qui Stoicus fuit.

Olympiade xcviij claruit Lysis Pythagoricus, qui cum Thebas profugisset, præceptor fuit Epaminondæ; ut est apud Laërtium in Pythagora. Atque hujus sunt, quæ vulgo dicuntur aurea carmina Pythagoræ. Operæ est ipsum Diogenem t' audire: Τὸ δὲ φερόμενον, ὡς Πυθαγόρα, Αύστος εἰς τὸ Πυθαγορεῖον, Φυγόντας εἰς Θήρας τοι. Επαμινονδα καθηγησαμένος. Quod autem nomine Pythagoræ legitur, Lysis est Tarentini Pythagorici: qui cum Thebas profugisset, Epaminondam instituit.

Olymp. c, atque ante claruit divinus Plato: qui & ipse ut Laërtius prodidit, Tragœdias scripsit: sed ipse postea, ut cum Catullo loquar, infelicibus iustulavit lignis.

Ad eandem c Olympiadem, eoque ad tempora Philippi Macedonis refertur à Suida, ut & Anonymo in Descriptione Olympiadum, Carcinus

* pag. 162. t p. 571.

cinus Tragicus Atheniensis. Hujus fabulae Achilles, & Semele ab Athenæo memorantur. Nec Tragicus modò, sed & lyricus fuit: ut liquet ex Athenæi lib. viii. Acerbe eum exagitat Aristophanes. Alius ab eo Carcinus Agrigentinus, apud eundem Suidam. Hujus πλάτυς memorat Athenæus lib. iii. Alii eam fabulam πλάτη nuncupant: quomodo & fabulam suam Aristophanes inscripsit. Iisdem verò temporibus yixit ac prior: siquidem, ut à Polycrito Mendesio proditum est cum Æschane Socratico Syracusis apud Dionysium fuit. At Dionysius pater decessit Olymp. ciii.

His etiam temporibus fuit Eudoxus Cnidius, clarissimi nominis Astrologus, Platonis æqualis: qui hoc loco refertur Suidæ fide: nam is Astrologiam ab eo scriptam ait δι' ἐπῶν, sive carmine hexametro. Mortuus est anno ætatis suæ lxxi, Olympiade clxxi, it est apud Laërtium, qui ejus vitam perscripsit. Atque idem memorat ibidem & alterum Eudoxum Siculum, Poëtam Comicum: qui ter certamine vicit urbano, quinque verò in Lenæis, ut ab Apollodoro scriptum in Chronicis.

Anaxilas itidem (quod nomen idem, ac Anaxilaus, ut Pterelas idem ac Pterelias, Arcesilas, ac Arcesilaus) temporibus, ut puto, Philippi M. vixit: Platonem quidem perstrinxit fabula, quæ Botrylion dicta. Ab Athenæo lib. xv citatur Ἐν Λυροποιῷ, nisi legendum μυροποιῷ, quod apud Stobæum serm. LV, vel Λυτροποιῷ, à quo non abhorret Calaubonus: sed sic ut λυροποιός magis probet, eamque vocem etiam restituat Athenæo lib. xxi, ubi vulgo legitur Λυροποιός. Idem Athenæus lib. vi citat ἀναθρεπίαν, h. e. copiam fortium virorum. Etiam Anaxite Μαρθαζος citatur Athenæo. Sic verò dixerit. οὐληρὸν καὶ δυσερῆτελον τοῖς ἀνθεκτούσιν, ut est apud Galenum lib. iij de differentia pulsuum.

Olymp. ci an. ii, archonte Chariandro, claruit Anaxandrides, Rhodius, vel Colophonius, Poëta Comicus: ut testantur Suidas, & Anonymous Olympiadum scriptor. Nec sanè junior esse vel Platone possit, quem ab eo vexatum, ex Laërtio constat; vel etiam Aristotele, qui eum citat in iij Rhetic. item in Ethicis. Et quid aperius ex eo, quod Philippi Macedonis ludis interfusile dicat Suidas? Ejus Οδυσσεὺς Athenæo laudatur. Cum autem Lxv fabulas scripsit, decies vivit. Idem, ut apud eundem Suidam est, πεντετράχολος, οὐδὲ παρθένων φήγεις εἰσηγήσθη. *Primus amores, & supra virginum introduxit in scenam.* Athenæo lib. xv citatur Alexandridæ Τερψίχορον Κόνδυλος. Eundem arbitrator. Sanè Anaxandrides & Alexandrides sæpe confunduntur: qua de re Calaubonus in Athenæum lib. vi, cap. xviii.

Itidem Olymp. cī fuit Eubulus Cettius, itidem Comicus : ut retulerunt iidem ; Anonymus inquam Olympiadum scriptor , & Suidas , cui dicitur μεθόελος τὸ μέσον Κωμῳδίας τῷ παλαιᾶς , in veteris mediæque Comœdierum confititus . Fabulas docuit xxiv , teste Suida . Nutrices Eubuli citat Athenæus lib. viii , & viii , Cercopes item lib. x . Calatophorus Ammonius : Clepsydram Athenæus , sic dictam à meretricula Metiche , quæ Venerem amantibus ad clepsydram admetiretur .

Fuit tum quoque Mnesimachus , mediæ Comœdiæ Poëta , Laërtio etiam laudatus initio vitæ Socratis . Suidas ait memorari ab Athenæo ejus ιππότειοφον , Βύσιεν , τῷ Φίληππον . Nempe ιππότειοφον , sive equisonis , meminit lib. ix , Busiris lib. x , Philippi lib. viii , & x . Videtur autem apud Suidam excidisse , δύσκολον , sive Morosum : quam Mnesimachi fabulam idem Athenæus citat lib. viii .

Etiā Olymp. cī fuit Araros (Αρερώς) Comicus , qui fabulas edidit , Cæneia , Campylion , Panos partum , Hymenæum , Adonidem , & Parthenidum , sive Virgunculas . Aristophanis Comici filius fuit ; Suida teste . Hymenæum idem citat in Αναθέναι . Etiā Cocalum ei tribuere : quam tamen alii adtribuerunt patri . Vide , quæ de isto Casaubonus ad Athenæum lib. iii , cap. ii . Adi & cap. xxxv : ubi de illo , Ψυχεόπερ Αρερώς . Frigidior Ararote . Frigidus enim Poëta fuit .

His temporibus etiam fuerit Philetærus Atheniensis Comicus : quod tamen non aliunde colligitur , quam quia filius fuerit Aristophanis . Sed quid si alterius fuerit filius ab Aristophane illo inclito Comico . Fabulae ab eo viginti exaratæ dicuntur : in quibus Κυνῆς Athenæo , sive , ut Suidæ dicitur , Κυνῆα .

Agathon Tragicus , itemque Agathon Comicus his fuere temporibus : nempe Platonis æquales , quantum ex Suida cognoscere est . Tragicus tamen antiquior , ut colligo ex iis , quæ dicta Olymp. xc an. i . Comici , ut puto , Agathonis est hic versus apud Aristotelem * , & Simplicium † ;

Τέχνη τύχων ἔσεστε, καὶ τύχη τέχνων .

Fortunaque artis, artisque Fortune est amans.

Circa Olymp. cī claruit Astydamas junior , Poëta tragicus , ejus tragicī Astydamantis filius , de quo Olymp. xc an. ii dicebamus . Ejus hæ fabulæ memorantur à Suida : Hercules , Satyricus , Epigoni , Ajax furens , Bellerophontes , Tyro , Alcmene , Phœnix , Palamedes .

Hinc etiam temporibus claruit Theopompus , non ille Isocratis discipulus , nobilis orator , & historicus , de quo in Historicis Græcis diximus ; sed alius , veteris Comœdiæ Poëta , paullo junior Aristophane , æqualis

* lib. 6.

Ellin. cap. 4.

† in Z. quo.
iugur.

æqualis Platonis, quem & perstrinxit. Iunior tamen sit, si, ut quidam voluere, ejus fuerit Theodectæ filius: de quo in Ptolemæi Philadelphi temporibus dicemus. Hujus drama Ηδυχάρης citatur Athenæo lib. vii, & xv, item Laërtio in Platone. Etiam Α'λησ memorantur eidem Athenæo, vel potius Α'ληη, ut est apud Hesychium. Item Pamphila refertur Athenæo lib. xi, ac Medus ibidem. Irenen quoque scripsit; ut indicat Pollux lib. iii, cap. xxvi, & xxvii. Suidas ait fabulas scripsisse xxiv. Cæterarum nomina vide apud Ioannem Meursium Notis in Apollonium Δύσκολον. Hephaestion ab eo carmen Θεοπόμπεον dictum ait. Meminit & Fulgentius Placiades carminis ejus Cypriaci. Alius ab hoc Theopompus Colophonius, ἐποπίδης, Athenæo celebratus: cuius opus Α'γαλιον.

Circa hæc tempora, ut arbitror, etiam vixerit Nicostratus., Poëta Comicus, cognomento, ut Laërtius ait, Clytemnæstra. Cujus fabulas aliquot memorat Athenæus. Etiam Pollux lib. v, cap. xvi, Nicanor, & Nicostratum vocat Κομῳδαστάς, sive comicos magistros. Nec aliis est, qui, eo quod histriionam optimè exerceret, (unde in proverbium abiit πίνω πάντας Νικόστρατον *) K. Στέφανος fuit nuncupatus. Quomodo eum vocat Stephanus in Α'στρο: ubi & versum ejus citat hexametrum. Ac meminit quoque Nicostrati in Γάγχα. Quamquam non ignorem & alterum fuisse Nicostratum Macedonem oratorem, quem Aësopæs & dramaticis fabulis delectatum ait Hermogenes. Puto is fuerit, cuius meminit Dionysius Halicarnassensis in præceptis de oratione nuptiali; ubi in ejusmodi oratione jubet, uti stylo tenui, Xenophontis, & Nicostrati exemplo. Ex libro ejus de Nuptiis fragmentum citat Stobæus in præceptis nuptialibus: item in sermone de petitione uxoris.

Olymp. cii anno i Theopompus, Naucrates, Isocrates, & Theodectes in Maüsoli funere, postulato Artemisia, certarunt, ac vicit Theodectes: ut ait Anonymus in Olympiadum descriptione: sed Theopompus vicerit, si audimus Suidam in Θεοδέκτης. De tempore interim ambo conveniunt. Fuit Theodectes patria Phaselites ex Lycia, Platonis & Isocratis discipulus. Ajunt & Aristotelis fuisse discipulum. De quo ambigo plurimum. Nam grandior natu Aristotele fuit. Siquidem eo tempore, quo Theodectes in funere certavit Maüsoli, Aristoteles annum agens duodevigescimum Athenas venit ad audiendum Platonem, eumque annis audivit xx. Sic sane Anonymus, quem dixi. Vel potius Athenas venit anno sequenti; ut est apud Dionysium Halicarnassensem epistolâ ad Ammæum. Obiit vero ante Alexandrum M. ut

* Omnia, et
Nicostratus,
faciam.

ex eo cognoscimus, quod cum Alexander adversus Persas proficisci-
tur, ac Phaselidem, Lyciæ urbem veniens, in foro conspexit statuam
Theodectæ jam defuncto à civibus suis positam, ipse à cœna temulen-
tus egrediens coronas ei crebras imposuerit consuetudinis memor, quæ
cum illo per Aristotelem, & Philosophiam intercessisset. Tragœdias
reliquit L, Rhetoricam metro exaratum. In Tragœdiis fuit Mausolus:
de qua Agellius lib. x, cap. xviiii, atque addit: *In hac eum magis, quam
in prosa placuisse, Hyginus in Exemplis refert.* Quia verò dictum de Arte-
misia non omittam hoc loco de fratre ejus, cui nomen Pigres vel Ti-
gres: qui Iliados singulis versibus hexametrī pentametrū de suo sub-
junxit atque ita Iliadem in Elegiam convertit. Etiam ei, ut ex Suida
constat, tribuerunt Margitem, & Βατραχομομάχον, atque alia. Aliis
is Tigretus. Sane & Henricus Stephanus lib. xi schediasmate xxii
refert, se in exemplar quoddam incidisse ubi adscriptum foret Batracho-
myomachia nomen Pigreti, vel Tigreti Cari.

Ephippus Atheniensis mediae Comœdiae Poëta dicitur Suidæ, ac, ut
puto, circa Platonis vel Aristotelis tempora claruit. Ejus Codonem ci-
tat Athenæus lib. vii, & xiv. Item ex Philyra (à meretrice id nomi-
nis) & Obeliaphoris quædam adducit lib. viiiii. Alius ab eo Ephip-
pus Olynthius, historicus; de quo in Græcis historicis * dictum.

* lib. 3.
cap. 9.

Mediæ item Comœdiae Poëta Epicrates Ambraciota, in cuius fabu-
lis Amazones, & Emporus; apud Suidam. Chorum ejusdem citat
Ælianus in Animalium Historia. Platonem, & Speusippum ab eo exa-
gitatos conстат, tanquam nimis anxiè curiosos in indagandis animalium
ac plantarum naturis.

Par eidem vel suppar Philippus, itidem mediæ Comœdiae Poëta:
cujus fabulam Κωδωνιαστὴ memorat Suidas: idque, ut ait, ex Athenæi
Dipnosophistis: ubi tamen hodie frustra quæras. Sed Ephippi Cydo-
nenm laudat, ut diximus. Ac lib. viiiii Ephippi Κωδωνιαστὴ vel Κωδωνιαστὰ
cit. Itaque Suidam hæc confusisse arbitratur Casaubonus: idque eo
magis, quia & alibi Philippi, & Ephippi Comicorum nomina confun-
duntur. Vide eum lib. viiiii Animadvers. cap. xv.

Olymp. cvi an. iv, *Erinna poëtria agnoscitur*, ut est in Chronicis Eu-
sebii: sed perperam, si Sapphùs fuit amica; ut antea diximus, ex Tatia-
no, & Suida. Ac Erinna quidem hexametro superasse, Lyrico Sap-
phoni in veteribus est epigrammaticis. Vide Olymp. xlII.

Hinc etiam temporibus Xenoclides; quem ut Poëtam bonum laudat
Demosthenes. Ejus interpres Vlpianus ait fusile Atheniensēm, cum-
que prius in Macedonia versaretur à rege Philippo, Amyntæ filio, qui
imperare cœpit Olymp. cv, è jussum excedere.

Aeschines

Æschines Atheniensis, priusquam ad eloquentiam ac Remp. animalium appelleret, Tragicus Poëta fuit. Vide ejus vitam apud Plutarchum in x oratoribus, & Philostratum in Vitis Sophistarum.

Olymp. cx, multo etiam antè, ac post claruit Philetas Cous, quem Ovidius ac Propertius celebrant. Hic claruit non modò sub Philippo, & Alexandro: sed etiam admodum senex à Ptolemæo Lagide præfatus fuit studiis filii Philadelphi. Grammaticus idem ac Criticus fuit: & elegias, epigrammata, atque alia reliquit: quorum testis Suidas. Vide & quæ de Phileta diximus lib. i i i de Historicis Græcis.

Item tum fuit Sosicles Syracusius Poëta Tragicus. Nempe Suida teste, claruit extremis Philippi temporibus item sub Alexandro M. imò eadem, qua Alexander, Olympiade decepsit. Fabulas fecit LXXXIII, ac septies vicit. Quibusdam habitus est unus ex Pleiade septem tragicorum: de qua postea dicam.

His etiam temporibus fuere, nempe, Aristophane, ut puto, paullo juniores, Mytilus, & Hermippus, duo veteris Comœdiæ Poëtæ: quorum Mytilus docuit Amores, & Tetanopanes, sive arrestos, & cum rigido pene Panes. Iulius Pollux lib. vi, cāp. vi i, damnat vocabulum Καζφαγας *, ut Πάριπονηρὸν †: et si & Æschylus & Mytilus eo usi sunt.

Hermippus vero, qui luscus erat, Comœdias fecit xl. Ejus Δημότας Polluci citatur lib. vi i i, ix, x; & Athenæo lib. vi i. Λοιρω memorantur Polluci lib. vi i i, & x. Phormophori Athenæo lib. xv, & eodem, ὁ Καμαδοποιός. Θεοι, lib. ix. Æstatem Hermippi indicat, quod accusarit Aspasiam, quia cum Pericle lenocinium faceret.

Hisce item temporibus fuit Euphantus Olynthius, qui, præter temporis sui historiam, etiam plurimas scripsit Tragedias, inique maximè fuit in poëtarum certaminibus probatus: ut ait Laërtius. Atque idem tradit, præceptorem quidem fuisse Antigoni regis; discipulum vero Eubulidis, qui Aristotelis, & Zenonis temporibus claruit. De eo quoque in Historicis Græcis diximus.

Extremis etiam Philippi temporibus fuit Crantor Solensis, Xenocratis auditor, poëmata dicitur scriptisse, quæ obsignata in Minervæ templo deposuerit. Vide ejus vitam apud Laërtium lib. iv. Æstatem inde cognoscimus, quod Xenocrates annos natus LXXXII deceperit anno ii Olympiadis cx.

* Comodo.
† plane. vi-
tiosum.

C A P V T . V I I I .

De Poëtarum Græcorum ætate tertia; quæ fuit sub
Alexandro Magno, & ejus successoribus,
usque ad mortem Cleopatræ.

DEventum ad tertiam etatem Poëtarum Græcorum, que sub Alexandro Persarum Rege, & Syromacedonum, ac Ptolemaiorum regum imperio fuit: ut incipiat à pugna ad Arbelam quæ incidit in Olympiadis CXII an. II: definit verò in morte Cleopatræ sive Olymp. CLXXXVII an. III. Hoc intervallo claruerunt: Philippides, Neophron, Lycon Comicus, Alexis, Chærilius, Agis Argivus, Æschion, Aristoteles, Cratetes duo, Thriasius & Thebanus, Archedicus Comicus, Menander, Philemones duo, Lycius Samius, Apollodorus Gelous, Philetas Coss, Eubemrus, Simmias Rhodius, Posidippus, Diphilus, Rhinton, Sophylus, Zenodotus, Theocritus, Antagoras, Hermodotus, Anaxippus, Posidippus, Callimachus, Heraclitus Halicarnasseus, Timon Phliasius, Aratus, Sophron Comicus, Cleanthes, Damoxenes Comicus, Myro Byzantia, Lycophron, Æantides, Philiscus Tragicus à Philisco Comico diversus. Alexander Ætolus, Aristonymus, Eratothenes, Apollonius, Euphorio, Rhianus, Callimachus junior, Simonides Magnesius, Moschus Siculus, Nicander Ætolus, Sositheus Syracusanus, Apollodorus Grammaticus, Antipater Sidonius, Anaxipolis Thasius, Dionysius Scytobrachion, Archias, Parthenius.

Ætates singulorum per Olympiades distinguam, ac prius per ipsum Alexandrum: mox per reges Ptolemæos.

Olympiade cxi, qua regere coepit Alexander, fuit Philippides, Atheniensis, Morsimi, de quo dictum, frater, novæ Comœdiae Poëta, qui fabulas edidit XLV, ut est apud Suidam. Philippidæ Συμπλέσω μεμονται Athenæo lib. xv, sive Συμπλέσω, ut est apud Pollucem lib. ix. Fuit, Plutarcho teste, familiaris regi Lysimacho, à quo rogatus, quæ dona euperet, respondit, quæcunque τινα της ἀπερίτων, arcanis exceptis.

Cum

Cum præter opinionem victor esset pronunciatus, præ gaudio est extinctus: ut narrat Agellius.

Sub eodem Alexandro claruit Neophon sive Neophron, Tragicus Sicyonius, qui cxx edidit Tragœdias. Ejus quoque credita est esse Medea, quæ Euripidi tribui solet. Primus induxit in scenam pædagogos, & servorum tormenta. Callistheni Philosopho amicus fuit, ac propterea ab Alexandro, cum Callisthenem interficeret, una neci datus. Auctor omnium istorum Suidas.

Item sub hoc rege fuit Lycon Comicus: de quo Plutarchus in vita Alexandri, & lib. xi de fortuna Alexandri.

Sub eodem Rege Alexandro claruit Alexis, mediæ Comœdiæ Poëta; qui, ut ex Suida cognoscimus, fuit πάτερ, sive patruus Menandri: de quo mox dicam. Εν Δεκαδὶ Δεκατούς citatur Athenæus lib. xii, &, ut videtur, Pollux lib. x, cap. xxix, apud quem Δεκαδὶ scriptum. Ibidem Athenæo citatur Απόγυλανιον, vel potius Απεγλανιον: de cuius fabulæ nomine vide Casaubonum Animadvers. in Athen. lib. xii, cap. xxxi. Γωνιοσπάτια memoratur Athenæo, eodem libro: sed apud Pollucem pro eo γωνιοσπάτια est lib. ix. Hoc *imperium muliebre*; priùs *expeditionem muliebrem* sonet. Δραπίδης Athenæo lib. iv: sive Δρώπης, ut est apud Pollucem lib. x, cap. xxvii. Παιητής vel Ποιητής Athenæo lib. xii, & vi. Polluci vel eadem vel alia fabula Παιητής lib. ix. Τιτῆν Athen. lib. vi, vel Τιτής, ut est lib. x. Tocista Athenæo lib. x. Hippiscus, eidem sacerdos. Κύνης eidem lib. xi. Polyklea, lib. xiv. Βεδύλη, ibidem. Midda, sive Medon, apud Pollucem. Tarentini, Pollucilib. x, cap. xiiii. Οδυσσεῖοφάνων, etiam memoratur, & Κυνιάδης. Sed hanc alii tribuerunt Amphidi.

Olymp. cxliii vixerunt duo hi Chœrilius, & Agis Argivus, Poëta uterque, malus. Iungit eos Curtius lib. viii: *Agis quidam Argivus, pessimum carminum post Charilum conditor.* De posteriori sic Horatius lib. xi Epistol.

*Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille
Chœrilius, incultis qui versibus, & male natis
Retulit accepitos regale numisma Philippos.*

Vbi qui honos optimo Poëtæ Chœrilo Tragico contigit ab Archelaio Rege: is ab Alexandro Rege habitus dicitur pessimo Poëtæ Chœrilo. Ut videatur Horatius duos Chœrilos confundisse. Vide quæ de altero Chœrilo dicebamus Olymp. LXXV.

Æschron Mitylenæus quoque tum fuit, Aristoteli imprimis carus: ut Lilio observatum, qui testem prodit Nicandrum in lib. de disciplina Aristotelis.

Nec

Nec penitus nobis prætereundus Aristoteles. Qui, ut apud Laërtium est in vita Philosophi, præter tres libros de re Poëtica, alium item de Poëtica, librum item de Tragoediis, præter item pœana in Hermiam eunuchum, geminum condidit carmen quorum prius ad Democritum scripsit, si fidendum Ambrosio, & Brognolo interpretibus. Sed scripserat Aristoteles Πρὸς Φιλόξενον, d. τέχνης Δημόκρελον d. Ad Philoxenum librum scribit unum: unum item ad Democritum. Qui libri, ut qui præcedunt, prosa fuere scripti. Deinde de duplice poëmate subjungit. Prius fuit epicum: quod sic ait cepisse:

Ἄγνε Θεῶν, πείσθε διτί ἐκατόντας. —

Sancte Deum, longèque senex jaculans. —

Alterum erat elegia, cuius initium tale:

Καθάπέχει τέχνην θυγάπε. —

Artibus exculta genitricis filia. —

Subdit deinde Laërtius: Μυελαῖδες σίχων τεττάρες, καὶ τετταράγονοί πέος τοῖς πεντάργονοις καὶ διαργοῖς εἰδομένονται. Quæ Ambrosius & Brognolus sic reddidere: Plus minus quadragies quinqüies mille trecenti, & tringinta. Primum illud plus minus non est in Græcis. Præterea pro trecenti, & tringinta, vertendum, ducenti ac sepinquaginta. Valde autem errant, qui existimant, elegiam hanc, vel poëma utrumque, tot versuum fuisse. Quantum nec Homerus scripsit. Sed post commemoratum librorum Aristotelis indicem, mox, quo de magnitudine omnium constaret, subjungit, quot versuum, h. e. (ut vulgo parum Latinè dicunt) quot linearum, aut regularum fuerint opera Aristotelis universa. Nam ut Latinis versus, sic Græcis sīχος, non in carmine duxataxat, sed etiam in prosa oratione locum habet.

Sub Alexandro & Ptolemæo claruere Cratetes duo. Vnus fuit Thriasius, Philosophus Academicus, Polemonis auditor, successoremque in schola habuit Arcefilam, Mediæ Academiæ conditorem. Thriasius vero vocatus à pago Thria, inter Athenas, & Eleusina. Librum de Comœdia conscripsisse, testis est Laërtius: qui & novem alios memorat Cratetas: in his unum, Poëtam Comicum: alium epigrammatum conditorem. Lilius Dialog. vi, & Cratetis Tragici meminit: atque eum putat eundem ac Cratetem Thebanum Philosophum Cynicum. Thebanum hunc versus scripsisse, liquet ex Demetrii Phalerei libro de Elocutione: ac imprimis ex vita ejus in sexto Laërtii: ubi claruissime dicitur Olymp. c x i i i: ut liqueat eodem fuisse tempore, ac Crateta Thriasiū, de quo prius agebamus. Non occurrit verò, unde hauferrint, quod de Cratete Tragico ajunt. Sed de Comico testes etiam Aristophanes

stophanes in Equitibus, & Aristoteles in Poëtica. Eum Olymp. LXXXI vixisse; monitum superius. At Crates Mallotes non tam Poëta fuit, quam Poëtarum censor. Is Ptolemæi Philometoris, ac Aristarchi temporibus fuit.

Etiam tum viguit Heraclides Ponticus prius Speusippi, exinde Aristotelis auditor. Hic, ut ex Aristoxeno Musico Laërtius in ejus vita refert, Tragœdias fecit, iisque Thespidis nomen præfixit. Varia etiam ad Poëticam & Poëtas pertinentia idem memorat: in his de Homero & Hesiodo: sed quæ Chamaeleon sibi suffuratum diceret.

Ad hæc etiam tempora refero Archedicum Comicum: in cuius fabulis Thesaurus. Multa scripsisse dicitur de Demochare, qui è Demosthenis fratre natus erat.

Primi Ptolemæi, sive Lagidæ imperium numeramus ab excessu Alexandri, qui erat Olymp. cxiv an. 1. Etsi aliquot post annis demum diadema adsumperferit.

Olymp. etiam cxiv viguit Menander, Diopithis * filius, Theophrasti discipulus, novæ Comœdiae princeps. Et tamen cum scripserit fabulas cvi i i ; octonis solum vicit. Tantum valuit judicum gratia, atque ambitus; ut ait Agellius. Olymp. cxiv an i i i , Archonte Diocle, vel Philocle, primam docuit fabulam, cui nomen Ο' γν̄: ut cognoscere est ex Anonymo Olympiadum scriptore, & Aristophanis Scholiaste, Prolegomenis de Comœdia: sive uno post anno, ut est in Chronicis Eusebii: Natus erat Olymp. cix anno i i i Sosigene Archonte: mortuus vero Olymp. cxxi, anno iv; anno xxxi i Ptolemæi Lagidæ: ut est in Chronicis Eusebii: vel potius Olymp. cxxi an. 1 , Lagidæ an. xxxi i i ; ut Vetus inscriptio indicat. In Collectaneis Gruteri pag. c i o xxvii , num. 11. Operæ autem est videre, quæ de hoc differit ὁ μακαρίς Meursius lib. iv de Archontibus, cap. xvii i . Sepultus, fuit in via, quæ ex Piræo Athenas ducit: ut est apud Pausaniam in Atticis. Apud Michaëlem Neandrum lego, in Constantinopolitanis Bibliothecis extare xxiv Comœdias Menandri cum explicatione Michaëlis Pselli. Ac meminit quoque Leo Allatius libro de Psellis *. Sed non injuriâ metuo, ne illi à plano quopiam Neandro fucus factus sit. In hujus Comœdiis fuit Πτωχη, ή Ροδης, Athenæo laudata lib. xiv , & Polluci lib. x, cap. xxxi. Item Παρεγκαθηη, eidem Athenæo lib. xi i . Adhæc Αλιδη, ut vocatur Athenæo lib. xi ; sive Αλιές, ut dicitur Iulio Pollici lib. x, cap. xxx. Qui & ipse tamen etiam singulo vocat numero. Item Σωαρεσση, Plinio lib. xxii i . Αναξιάραδη, qua fabula insignem descriptis Lurconem. Vide de ea "Catalaunorum in Athenæi lib. vi, cap. xi. Αδελφοι item, quo nomine & Hegeſippus, ac Diphilus

* Pausanias in Atticis, Diag. Laërtius in vita Theophrasti.

* pag. 63.

lus fabulam scripsere , è Latinis Terentius. Επτέποντες Athenæo lib. xiv, Harpocrationi in Μαρτυρεῖον , & Εχῖνον, Stobæo serm. xxx : è Latinis etiam Sidonius Apollinaris lib. iv , epist. xii . Casaubono etiam assentio apud Priscianum lib. xvii , ubi citatur Menander in Επτέποντες , legi debere Επτέποντες , vel Επτέποντες . Δύσκολος , Athenæo lib. iv . Οργὴ Athenæo ibidem , & Polluci lib. vi , cap. xvii . Nauclerus Athenæo ibidem : fortasse idem drama, quod Γυθερνῆται Polluci . Επίκλητος prior , Athenæo lib. ix . Επίκλητος posterior , Harpocrationi . Δίδυμος sive Geminæ , eidem Athenæo lib. ix , & Harpocrationi . Καρχηδόνιος , sive Carthaginensis , vel plurali , Καρχηδόνιοι , Athenæo lib. ix , & Scholiastæ Aristophanis ad Vespas , Αρρηφόρος Polluci lib. x , cap. xlvi . Philadelphia , Polluci eodem libro . Etiam Thrasyleontem memorat Athenæus . Menandri Phalasma memorat Atilius Fortunatianus initio frag-
menti de carmine Sotadeo.

col. 2672.
in vett.
Grammat.
edit. Put-
schiana.

Iisdem ac Menander temporibus , sed natu paullo grandior , claruit Philemon novæ Comœdiæ Poëta , vel ut Appulejus ait , medizæ . Filius fuit Damonis , qui claruit sub Alexandro M. uti Philemon sub Antigono rege . Proximum meruit locum à Menandro , cui & saepe prælatus : unde aliquando & Menander : *Queso, Philemon, bona fide dic mihi: cum me vincis, non erubescis?* Ejus in fabulis fuit Εὐπόντος , cuius imitatione Plautus fecit Mercator . Ipsum audiamus Comicum :

Gracè hæc vocatur Emporos Philemonis.

Eadem Latine Mercator Marci Accii.

Etiam memoratur Philemon Comicus ἐν Μελίουν , sive potius Μεθύον , ut aliqui jamdudum apud Athenæum emendarunt . Item ἐν Αρπαζομήῳ ; ut est apud Athenæum lib. xiv , & Pollucem lib. x , cap. xxiv : vel ἐν Αρπαζομήῳ , ut est apud eundem Pollucem lib. viii , cap. ix . De morte Philemonis mirè variant veteres : credo , quia plures Philemones fuisse , in iis & Philemonis superioris filius , qui LIV fabulas reliquit : ut refert Suidas .

Etiam cum Menandro in agone Poëtico certavit , eumque vicit . Theophrasto fuit familiaris . Fabulas ejus citat Athenæus . Præter quas etiam scriptit ὁ Φωνητὸς τέχνης , obſonandi artem . Theophrastus condidit de Comœdia librum , item alterum de eopse argumento , alium item de Comœdia , item librum de metris : ut auctor est Laertius .

Apollodorus Gelous eodem , ut Suidas ait , tempore vixit , quo Menander Comicus : & septem ejus fabulæ sunt , Αποκλητῶν sive inediâ sibi mortem consiciscens , quæ & dicebatur Philadelphi , Δυσκολοῖ , sive Tinctores , Γερεῖα , sive sacra , γεραμματόθειπνος , Pſeudeas , Sifypus , & Έſchion .

Æschion. Ex hisce prima memoratur Athenæo lib. xi, qui & libro
 iiii adducit ejus Απολιπόσου, sive foemina animo defectam. Nisi δια-
 λιπόσι legendum: quando & Suidæ memoratur ἐν Καρυστίοις διπλιπόσι.
 Julius Pollux lib. x, cap. xxiiii, citat ejus γερμανιδοποιὸν, sive potius
 γερμανιδοποιὸν, ut vocandum censem Casaubonus Animadversionibus
 in Athenæum lib. vii, cap. vi. Idem Pollux lib. x, cap. xxxxi, memo-
 rat ejus Ψεύδαιαντα, sive *falsum Ajacem*. Diversus ab eo Apollodorus
 Atheniensis, qui, ut apud eundem Suidam legas fabulas fecit xlvi:
 sed quinque foliū vicit. Apud Scipionem Tettium commentario de
 Apollodoris legas fecisse Comedias xlvi. Sed Suidas ait μὲν. Ex iis
 Fæstus Pompejus in Vrbis etymo citat Euxenidem: Ephebon Ammo-
 nius libro de similibus & differentibus vocibus. Ambigo Geloi, an
 Atheniensis sit ή γένεα ποιησις, de templo poësis, Polluci memorata lib.
 x, cap. li. Alius item Apollodorus Tarsensis Tragicus: cuius sex hæ-
 fabulæ eidem memorantur, Αναγθοτλῆς, sive spinâ percussus, Τεκνοκό-
 ντον, sive liberorum interemtor, Εὐάντες, sive Græci, Θυέσις, Ικελίδες,
 sive supplices, & Οδυσσεύς, *Vlysses*. Denique aliis ab his Apollodorus
 Asclepiadæ filius Grammaticus Panætii Rhodii Philosophi, & Aristar-
 chi Grammatici discipulus, repertor versuum tragijamborum, ut idem
 Suidas auctor est. Deque eo Plinius lib. vii. Estque is cuius habemus
 Bibliothecam, sive de Diis libros iiii. Athenæus lib. vi citat Apollo-
 dorum Carystium ἐν Γερμανιδοποιῷ, sive potius Γερμανιδοποιῷ, h. c.
 litium procuratore, cuius erat γερμανιδία facere. At Pollux lib. x,
 cap. xxiiii tribuit Apollodoro Geloo. Vnde idem videri possit Cary-
 stius, & Gelous. Sed Pollux eos apertè distinguit. Quare potius sta-
 tuendum, nec veteres satis convenisse in eo, utrius Comici fabula hæc
 foret. Vide de his Casaubonum Animadvers. in Athen. lib. vii, cap.
 vi. Ex Apollodoro Comico Phormionem, & Hecyram transtulit Te-
 rentius: ut ait Donatus.

Tum etiam claruit Euhemerus, cuius de Deorum historia opus tran-
 stulit Latinè Ennius. Memorat inter Poëtas Gyraldus: incertus tamen
 an carmine scripsiterit. Sed Censorinus in Fragmento cap. ix clarè ele-
 giarii accenset. Æratem arguit, quod Cassandro regi familiaris fuit:
 ut est apud Eusebium lib. ii Præparationis Euangelicæ: sed Trape-
 zuntius ea in translatione sua, ut alia plurima, præteriit. Vide de eo, quæ
 diximus in Historicis Græcis lib. i, cap. xi.

Simmias Rhodius claruit, quantum videre possum, temporibus Pro-
 lemæ Lagidæ: multum sane junior esse nequit, cum Hephaestio sta-
 tuat antiquiorem Philico, seu Philisco, uno τῶν πλειόδων, quem sub Phi-

ladelpho floruisse , mox dicam. Exstat hodieque Ovum hujus Simmiae , quod Theocriti subjici solet. Eruditis id Notis Salmasius illustravit. Sed de ætate objici nobis possint Suidæ verba , qui ait Simmiam fuisse Samium , postea Amarginum dictum , quia à Samiis esset missus ad Amorgum condendam. Addit id factum annis **ccccvi** à capta Troja : quod fuerit , si Eratosthenem audimus , anno ante cœptas Olympiades. Sed omnino Suidæ is locus est corruptissimus. Nam Simmias , & Simonides , conflantur in unum , quod facile videbit , qui de ætate Simonidis eadem legi sciat in Simonide Amorgino. Numerum etiam esse vitiatum , & pro με debere νε legi , diximus : in Olympiade **xxix** , cum de tribus illis , Archilocho , Simonide , & Aristoxeno loqueremur. Simmiae Rhodio Parthenius debet historiam **xxxiiii**. Exstat ejus poëmatium quod Πέλενος sive Securis inscribitur. Nempe est quasi inscriptio securis Minervæ ab Epeo dicatae , postquam ea fabricasset equum Darium. Genninum esse arguit , quod Hephaestio citat Simmiam ἐν πελένῳ. Etiam exstat ejusdem Ovum , quod vocat Doricæ lufciniæ , ut suum significaret. Nam lufciniam dixit pro Poëta , Poëtarum more , qui eos nunc lufcinias , nunc olores solent appellare. Atque hoc quoque poëmatium , ut Simmiae , idem Hephaestio agnoscit. Vtrunque autem eruditis notis illustravit Salmasius. Ex quo etiam versum illum , quo auctor Securis Bion Rhodius prædicatur , non à Simmia esse , sed inepte ab alio assutum.

Fuit tum quoque Posidippus , Cassandri Poëta , & à Menandri excelsu in nova Comœdia princeps. Ejus fabulæ fuere **xxx** ; in quibus *Pomoboscus* , sive leno meretricem alens. Agellius lib. **ii** sic orditur cap. **xxiiii** : *Comœdias lectiū amus nostrorum Poëtarum sumtas ac versas de Græcis , Menandro , ac Posidio , aut Apollodoro , aut Alexide , ac quibusdam item aliis Comicis*. Vbi , ut observatum Lilio Gyraldo de Poëtarum Historia dialogo **vii** , pro *Posidio* legendum *Posidonio* : qui Menandro subjunxit , quia mortuo illo in Comœdia nova tenuit principatum. Alius ab eo Posidippus Epigrammatum scriptor : quem citant Athenæus , Scholia festi Apollonii , & Stobæus.

Diphilus Sinopensis paulo fuit junior Menandro. Inter alias Comœdiam scripsit Synapothnescontes : quam è Plauto transtulisse ait Terentius. Fecit Αδελφὸς ut & Menander , ac Hegesippus. Item Εὐπόρος sive Mercatorem : quo nomine & Philemon scripsit fabulam. Ejusdem Απολιπόσα Athenæo citatur lib. **iv** : uti & Εὐαγγίζοντες , sive *Parentantes* , quæ fabula alibi dicitur Εὐαγγίσματα , sive *Parentalia*. At lib. **vii** citat ἐν Ελευνφορεῖσι : nempe à festo , cui nomen Ελευηφόρεια , ut ex Pollicis

lucis lib. ultimo videre est. Lib. xi citat Athenæus in Πιθανά, pro quo Τιθείνεται, à vici Attici nomine, legendum putat Casaubonus. Libro xi Athenæi memoratur Αἰρησίχθως: quæ fabula emendatior ab auctore facta, iterumque edita, dicta est Εὐρήχθως, ή Στρατόπεδος. Sed & Μνημάτων Diphili memorat Athenæus: & Hecaten Pollux lib. x, cap. xx.

Sub eodem Lagide, Suida teste, claruit Rhinton Tarentinus, filius filius, qui xxxvii reliquit fabulas partim comicas, partim tragicas. Idem est auctor fabulæ, quæ dicta ἡλαροτελεγωδία, atque est Φυλακογέφια, ut vulgo quidem legitur apud Suidam, quasi nomen foret ab excubiarum descriptione: vel potius φλυακογέφια, à descriptione jocorum & ridiculosorum.

Lagidæ etiam tempore fuit Sophilus Sicyonius, sive, juxta alios, Thebanus, Poëta Comicus: ex cuius Comœdia, quæ Γάμος dicebatur, Laërtius in Stilpone versum citat jambicum, quo reprehendit Stilponem Megarensem. Is Stilpo, uti & Crates, præceptor fuit Zenonis Cittici: unde & Sopyli ætatem cognoscimus.

Item tum fuit Stephanus, mediae Comœdiæ Poëta, filius Alexidis Comici: quem patruum fuisse Menandri tradiderunt.

Præterea sub primo Ptolemæo fuit Zenodotus Ephesius, discipulus Phileræ, ac Lagidæ filiorum præceptor. Nempe in hoc munere, Phileræ successit, ex magistri, ut puto, commendatione. Nam & Philetam docuisse eos, antea diximus. Is intelligendus in hoc Furii Bibaculi adversus Valerium Catonem:

En cor Zenodoti! en jecor Cratetis.

Sub eodem Lagide, & Ptolemæo Philadelpho, qui patri successit Olymp. cxxiii an. iv, viguit Theocritus Syracusanus. Decem fecit eclogas rusticæ: ut & Servius monuit. Postque earum editionem fecit σύγχρονα, sive inscriptionem; quæ fistulam referret: ac σύγχρονα, sive fistulam, propter eam similitudinem vocavit. Quamquam verò fistula soleat disparibus septem compingi cicutis: ut apud Maronem est, nihilominus constare eam voluit denis versibus, quia ipse decem fecisset eclogas: ac Panì Sylvætri numini dicavit, velut instrumentum, quo Sylvestrem Musam cecinisset.

Antigoni hujus, Macedoniæ Regis temporibus, etiam claruit Antagoras Rhodius, eique perfamiliaris fuit: ut ex Pausaniæ Atticis, ubi de Poëtis, qui Regibus familiares fuere, loquitur, item ex Plutarcho, & Athenæo, cognoscimus. Thebaida scripsit. Supereft ejus in Cranora epigramma.

Item fuit temporibus Antigoni Poëta Hermodotus ; ut ex Plutarchi constat Apophthegmatis, ac libro ejus de Iside & Osiride.

Claruit & tum Anaxippus, novæ Comœdiae Poëta : nempe sub Antigono, & Demetrio Poliorcete ; ut est apud Suidam. Citharoedum, aliasque ejus fabulas citat Athenæus.

Item Posidippus Comicus, qui fabulas reliquit **xxx** : ac tertio à Menandri morte anno docuit, ut idem Suidas ait.

Olymp. cxxv sub Philadelpho usque ad Ptolemæum **111**, sive Euergetem, claruit Callimachus Cyrenensis : quod vel cognoscimus ex carmine de coma Beronices, Latinè redditio à Catullo. Fere hymnos, vel elegias, vel epigrammata scribebat. Quo nomine iniqua experiebatur judicia : unde ipse in Apollinis hymno :

O φέρων τοις Απολλωνίοις σατανάθελος εἶπεν.

Οὐκ ἀγαμηγεῖ, τὸν αἰσθόν, ὃς γέδεσσι ποιῶντος αἰσθά.

Quibus contra aggerebat Callimachus μέγα βιβλίον μέγα εἴναι κανόν, magnum librum magnum esse malum. Ac planè subscripterim Scaligerò, ac Casaubono, quando censem, eo respexisse Martialem, cùm ait :

Cui legisse satis non est epigramma a centum,

Nil illi satis est Cœdiliane mali.

Sic enim legendum, non *Sediliane*. Assiduis tamen convitiis vixit, *Hecale* scripsit : ut Scholiares indicat ad verba, quæ ex hymno Apollinis adduximus. Imò & *Aīna* ejus majus ipsa *Hecale* opus. Alius verò ab hoc Callimachus Colophonius, memoratus, inter alios Tatiano orat. ad *Gentes*, & *Eusebio* lib. **x** *Præparat*. Euangelicæ t.

† pag. 289,
edit. Rob.
Steph.

Callimachi hujus ætate fuit quoque Heraclitus Halicarnasseus : qui & epigramma in ejus obitum scripsit, quod legere est apud Laërtium lib. **ix** in vita Heracliti.

* de Timo-
niis Sillis.

Item Philadelpi temporibus erat Timon Phliasius, Poëta Physicus, secta Pyrrhonius, diversus omnino ab illo μισανθρώπῳ, qui Peloponnesiaci belli temporibus vixit. At hic Phliasius carus fuit Antigono Gonatæ : qui quarto Philadelpi anno regnare coepit, atque annis **xxxv** imperium tenuit. Scripsit hexametra, Tragœdias **LX**, Comœdias **xxx**, Satyras, Sillorum libros **111**, & Cinædos. Περὶ τῆς Σίλων * scripsit Sotion : ut videre est ex Athenæi **xii**. Credo, opere eo occurtere voluisse convitiis, quibus Philosophos impetrerat. Satis hoc inde verisimile est, quod idem Sotion etiam scripserat τὰς Διγδοχαῖς : sive de Philosophorum successionibus : ut ostensum operis de Historicis Græcis lib. **ii**, cap. **vii**. Plura de Sillis Timonis dicebamus libro **ii** de arte

arte Poëtica cap. xx : quæ repetere hoc loco nihil attinet. Vitam Timonis Laërtius narrat. Fragmenta quædam ejus in Poësi Philosophica exhibet Henr. Stephanus.

Olymp. cxxvii an. i , Ptolemæi Philadelphi an. vi , Aratus Cilix, quippe Solensis, cognoscitur : ut ait Eusebius in Chronicis. Atque hoc firmatur, quod interfuerit nuptiis Antigoni , Gonatæ regis , Demetrii Poliorectæ filii , cumque eo permanferit ad finem vitæ : ut ex Suida scimus. Sanè Antigono huic familiarem fuisse , etiam apud Pausaniam in Atticis legas. Mirum , quām multos fuerit nactus interpres : ex deperditis sunt Aristarchus Samius , Aristylli duo Geometræ , Crates, Euæneti duo , Crates , Numenius Grammaticus , Pyrrhus Magnesius, Thales quispiam, & Zeno.

Olympiade cxxvii anno ii obiit Epicurus : non cvii , ut est apud Laërtium. Nimirum εἰκοσῆς five vigesimæ librarii culpâ excidit. Ut sat is ex eo liquet , quod Pytharato prætore id factum fuit : quemadmodum est apud Ciceronem de Fato. Et clarè de Olymp. cxxvii est apud Suidam. Idem ex eo consequitur, quod moriens fuerit annorum LXXII. Quām ridiculè igitur nunc apud Laërtium legitur natum Olymp. cix anno 111 , Soligene Archonte : at annos natum LXXII , obiisse Olymp. cxxvii , Pytharato auctore. Atque hæc non tam propter Epicurum scripsimus , quam Sophronem , qui circa hæc floruit tempora. Nam amavit Danaen , cui mater Leontium fuit , Epicuri amica. Porro inter alia non mimographi Sophronis. De quo dictum Olymp. LXXV , sed hujus Comici esse censeo fabulam Νυμφοπίνον , five spontæ ornaticem , quam citat Pollux lib. x.

Olymp. cxxxix an. i , Zenoni Cittico , Eusebio teste , in schola successit Cleanthes , Poëta Physicus ; versus ejus partim hexametros , partim jambicos in Poësi Philosophica H. Stephanus collegit, vitam Laërtius enarrat : in qua etiam de Poëta librum scripsisse referit.

Sub hoc Philadelpho etiam vixisse censeo Damoxenum , ac fuisse extremis Epicuri temporibus , ac deinceps. Is vero decepsit xiv anno Philadelphi , annorum LXXII : de quo mox pluribus. Fuit hic Damoxenus Atheniensis Comicus : cujus ad LXX versus nobis conservavit Athenæus lib. 111 , ubi inter alia ait coquus , se artem suam esse doctum ab Epicuro. Ejus σύντεοφοι five simul educati ; & ἐαυτὸν πενθῶν , five seipsum lugens , ex eodem Athenæo citantur à Suida.

Tum etiam fuerit Myro Byzantia , si fuerit mater Homeri Tragici , de quo mox loquar. Sed ut paullo juniores putem facit , quod Suidæ dicitur Οὐμῆρος ἡ Τεργυπηδυάστης , γυνὴ Ανδρομάχης ἡ ἵππιληθέντος φίλολόγη.

λολόγγ. Reliquit versus elegiacos , ac melicos : multumque Athēnæa celebratur.

Etiam sub Philadelpho claruit Lycophron. Sed varios fuisse ejus nomine dicet Tzertzes Chil. viii Hist. cciv. Is , de quo nunc sermo nobis fuit Chalcidensis, idem Grammaticus, ac Poëta Tragicus , sed ut ex Alexandra ejus , sive Cassandra liquet , valde obscurus : unde Papinius lib. v Sylv. in Epicedio Patris :

Carmina Battidae, tenebrasque Lycophronis atri.

Sanè & in eum commentatus olim Dection , cuius meminit Etymologici magni auctor in voce Ηπτ. Item Orus , & Theon. Sed perire pariter. Ex iis sua congesit , sed subinde nugis suis admisit , Isacius Tzertzes. Quæ præterea Lycophron scripserit, dicet Suidas. Porro & hic Lycophron , & quinque isti antea memorati , Theocritus , Nicander, Callimachus, Apollonius , & Aratus, ac præterea Homerus junior, Tragicus Poëta , Myrus Byzantiaæ poëtriaæ filius , constituant celebrem illam Poëtarum ἀλειάδα , ita dictam quia sic in Poësi relaxerint Ptolemaei Philadelphi temporibus , uti stellæ septem in fidere Pleiados. Septem veri illos memoravimus , ut facit Isacius Tzertzes suo in Lycophronis Cassandra commentario. Sed aliter Scholiaestes Theocriti , qui ex septem memoratis omittit Nicandrum , ac Callimachum ; proque iis reponit Αεantidem , & Philicon. At Hephaestionis Scholiaestæ sic vocantur , Homerus junior, Sofitheus, Lycophron, Alexander, Philicus, Dionysiades , & Αεantides. Sed homines doctissimi pro Φίλικῷ , tum apud Theocriti , tum etiam Hephaestionis Scholiaestem , reponunt Φίλιον , idque auctoritate impulsi Suidæ , qui , sex ordine Philiscos memoratis , huic secundum tribuit locum ; ac ne diversum putet , ait patria fuisse Corcyreum , vixisse sub Philadelpho , esseque unum ex illis septem qui ἀλειάδα constituerent. Credo id moverit quoque magnum Turnebum , ut licet , MSS codices secutus in ipso Hephaestione , & ejus Scholiaeste Φίλικῷ edidisset , tamen in Indice reponeret , Φίλιον Κέρκυρα. Sed omnino Φίλικῷ retinendum. Nam quis melius nomen nōrit , quam Poëta ipse ? At is se Φίλικῷ vocat secundâ brevi. Facit id versu isto ab Hephaestione adducto , quo gloriatur à se esse inventum id carminis genus , quod quinque constat choriambris , & bacchio. Versus

* pag. 31. est iste *:

Κανοζαφῆς | σωθεστῶς | τῆς Φίλικῆς | χαμηλᾶνσι | δώρο φέρω |
ἀλέγει μάς. |

Vel hoc solum omnem nodum possit dissolvere. Est vero in hoc nomine

dicit

verò |

4

nomine etiam peccatum apud Atilium Fortunatianum in Arte Medica : ubi cap. vi sic incipit : *Phalæcius versus ex duplice pede constat, quem Bacchium musici, choriambicum grammatici vocant. Habet longam, & duas breves, & longam. Omnino recribendum Philicus.* Sequitur deinde : *Hoc autem Phalæcius conscripsit hymnos Cereri, & Libero, tali genere metro: quod scilicet est: deorum convenire venerationi credidit. Primum pro Phalæcius, & hic, & deinceps, Philicus. reponi debet. Præterea hiatus ille sic supplendus :*

Τῇ χθονί μυστικὰ Δύμηλει τε τῷ Περσόφόνῃ, καὶ Κλυμένῳ τῷ δῶρῳ.

Sic enim carmen illud in Cererem ac Liberum incipiebat : ut locuples nobis testis est Hephaestio *. Apud Marium Plotium in Arte de Metris † carmen hoc *Philicum* vocatur. Corrigi *Philicum*. Gloriatur Philicus se hoc metrum reperisse : ut videre est ex versu ejus antea adlato. Sed hanc jactantiam ejus refellit eo Hephaestion, quod eo metro usus antea sit Simmias Rhodius in Securi : unde versum hunc adducit :

Ανδροφέα | δῶρον ὁ φω | καὶς ωγετερῆς | μυδοσίνας | ἔργο τίκων
Αθίνα.

Atque item in Alis :

Αθίνε τὸν | γάσ τε βασίν | σέργα αὐτα | κτ' αἰμονίδαν | τ' αἴλυ-
δις εἰ | δράσουσα.

Vnde colligit, *Philicum* non tam hoc metrum invenisse, quam tota eo scripsisse poëmata.

Et hæc de Philico.

Vidimus autem in Pleiade ista etiam reponi tum Homerum juniores, tum Alexandrum.

Homerus Poëta Tragicus fuit, filius Myrīs Byzantiae, de qua dictum. Patria fuit Hieropolitanus : ut est apud Stephanum ; qui quatuor Hierapoles statuit : unam inter Phrygiam, & Lydiam, alteram in Græcia, tertiam in Syria, quartam in Caria, atque ex quarta illa juniores hunc Homerum suisse ait.

Intelligendus vero Alexander Ætolus, Grammaticus, quem in septem tragicorum pleiade idem Suidas reponit. Ex ejus Apolline elegantissimum carmen adducit Parthenius Eroticō cap. iv. Tres item versus refert Strabo lib. xi i; quos ipsos etiam ad fert lib. xiv. De Sositheo dicam in Olymp. clxvi. Paullò aliter Pleiada enarrat Hephaestionis Scholiafestes alter, qui pro Homero reponit Διονυσίδην, sive Διωνυσίδην, ut Strabo vocat lib. xiv : nieme ut qui uni Hephaestionis Scholiafestes est Αιαρκλήδης alteri est Αιαρκλής. Præterea qui uni Scholiafestes Σωσί-

ἢ Ζεῦ, is alteri Σωτῆρις. Imo Suidæ Soficles Syracusius, de quo dixi Olymp. cx, unus è Pleiade statuitur. Porro hæc diversitas scriptorum partim est ex eo, quod alii Poëtarum ἀνθοῦ, alii tragicorum ἀνθοῦ δια recensent, partim ex judiciorum diversitate, qua alium alii præferrent.

Aristonymus Comicus, Suida teste, vixit sub eodem Philadelpho, pariterque sub successore ejus Philopatore, ac in Bibliothecæ cura, uti Eratostheni Apollonius, ita Apollonio hic Aristonymus successit. Ad Eumenem iturus stranguria obiit anno ætatis LXXVII, ut est apud Suidam.

Philadelpho successit tertius Ptolemæus, cognomento Euergetes, Olymp. CXXXIII, an. II. Sub eo claruere hi tres Eratosthenes, Apollonius Alexandrinus, Euphorion. Nam eos fuisse συγχέοντες, clare ait Suidas in Αἰσθητῳ. Dicam de iis ordine. Eratosthenes erat natus sub Ptolemaeo secundo seu Philadelpho Olymp. CXXVI. Inter cætera etiam condidisse poëmata, satis ex Suida constat. Atque, ut idem ait, à tertio sive Euergete Athenis fuit Alexandriam arcessitus. Ac claruit non sub hoc modo rege, sed etiam successore Ptolemaeo tertio sive Euergete, & inde usque ad annum ætatis LXXX; h. e. Olympiadem CXLVI: cuius initium incidit in annum quinti Ptolemæi, sive Epiphanis annum Ptolemæi quinti octavum. Eratosthenem, ut Poëtam egregium etiam Strabo laudat in ultimo γεωγραφικού. Sed ille non modo Poëta, verum in omni disciplinarum genere subactus, sic tamen ut vix nulli principem ei locum adsignarent, sed τὸ βῆμα vocarent: quasi qui in secundis consisteret. Non, ut apud Suidam legitur, βάθυτος, sive gradus. Atque hinc etiam liquet, cur primus acceperit Philologi nomen: uti apud Latinos postea Atteius. Testis de utroque Suetonius in Clazis Grammaticis.

Apollonius Rhodius, Argonauticōn scriptor, discipulus Callimachi, sed ingratus; unde & præceptor eum carmine vexavit, in quo Ibidem vocavit. Atque hoc exemplum in Ibide sibi proposuit Ovidius. In Bibliothecæ Alexandrinæ curatione successit Eratostheni, teste Suida. Doctissimus etiam commentariis illustravit Tarrhaeus: prout Scholasten illum etiam appellat Henricus Stephanus præfatione in Parrhasium de rebus per epistolam quæsitis.

Tertius erat Euphorion Chalcidensis; qui natus fuit Olymp. CXXVI, quo tempore Pyrrhus in Italia vicit; ut ait Suidas. Lacydæ fuit discipulus: qui scholam habere coepit eadem Olympiade, qua hic natus: obiit vero Olympiade CXXX. Ad Antiochum Magnum profectus, ab eo Bibliothecæ fuit præfector. Quam varia carmine heroico reliquerat.

rit, Suidas enarrat. Aliqua ejus fragmenta reperire est apud poëtarum interpres. Ciceroni de Divinatione lib. 11 dicitur Poëta obscurus. Nimirum ob tot fabulas, quas adducit. Sed idcirco gratior fuit Tiberio Cæfari; qui eum, uti & Rhianum, ac Parthenium maximè amabat: ut Suetonius ait in vita Tiberii cap. LXX. Eum cum Parthenio etiam conjungit Lucianus libro de conscribenda Historia. Eratosthenis quoque æqualis Rhianus, patria, secundum aliquos, Benæus, è Crete, qui carmine scriptit bellum à Lacedæmoniis annis xx gestum adversus Messenios. Sed & Thessalica, Stephano teste, & alia, consignavit. Saepius ejus versus citat Apollonii interpres. Dixi de eo plura lib. 1. Hist. Græc. cap. XVII.

Præterea sub Euergete claruit Callimachus junior, Poëta'heroicus, è superioris Callimachi fratre natus: ut ex Suida cognoscimus.

Olymp. CXL an. 1, regnare cœpit Ptolemæus quartus sive Philopater: biennio postquam imperare in Syria cœpisset Antiochus Magnus. Rexit Antiochus annis XXXVI, sed Ptolemæus solum XVI.

Olymp. CXLVI, Eratosthenes obiit annos natus LXXX: ut antea ex Suida diximus. Ex quo & ætatem videmus discipuli ejus Aristophanis Byzantii Grammatici: Aristarchi autem præceptoris: ut sub Philopatore, & Epiphane vixerit. Hoc addidi, quia hinc aliorum quoque ætatem cognoscimus.

Olymp. CXLIX an. 11, regnare cœpit Ptolemæus quintus, cognomento Epiphanes. Claruit tum Simonides Magnesius, qui carmine signavit res gestas Antiochi Magni. Ut satis liqueat omnino aliud esse à longè antiquiore Simonide: qui inter IX lyricos numeratur.

Olymp. CLV an. 1, imperare cœpit Ptolemæus VI, cognomento φιλομήτως. Sub quo claruere duo Grammatici bene de Poëtis meriti, Aristarchus Samius, & Crates Timocratis filius, Mellotes Philosophus Stoicus, cognomento Homericus & Criticus: qui libris novem scriptit Ἰλιάδι & Οδύσσεᾳ: teste Suida. Ac Aristarchum quidem Philometor præfecit studiis filii sui Ptolemæi Lathyri, ac annis vixit LXXII, teste Suida: ut etiam claruerit sub Ptolemæo Physcon. Hujus Aristarchi ætate claruit Moschus Siculus, bucolicus Poëta: ut quem Aristarcho fuisse familiarem dicat Suidas.

Olymp. CLVIII an. 111, regnare cœpit Ptolemæus septimus, sive Physcon.

Hujus temporibus claruit Nicander Colophonius, sive Ætolus. Nam Anonymus vitæ ejus scriptor ait claruisse temporibus Attali, extremi regis Pergameni. At is regere cœpit Olympiad. CLX, an. 111. Obiit

verò hærede reliquo populo Romano , Olymp. CLXI, an. IV. Exstant ejus Θηριακαὶ , & Αλεξιφάγματα . In Θηριακαὶ , præter alios , commentarium scripsit Demetrius Phalereus : ut indicat Stephanus in Κορόπη . Quisquis ille , satis temporum ratio docet non posse esse inclytum illum Demetrium Phalereum , qui Ptolemæi Lagidæ temporibus claruit ; ac Bibliothecæ præfuit. Præter ea , quæ dixi , etiam scripsit ἐπεισθύρα , opus non absimile Ovidianæ Metamorphoseo. Meminere Athenæus , Antonius Liberalis , Tzetzes. Alia etiam multa reliquerat. De quibus dixi in Historicis Græcis lib. IV, cap. IV.

Sub eodem Olymp. CLXVI claruisse à Suida dicitur Sositheus Syracusanus , vel Atheniensis , aut Alexandrinus. Poëta fuit Tragicus ; imò unus habitus ex Pleiade Tragicorum: sicut superius diximus. Vt vel hinc liqueat , non una vixisse ætate , qui Pleiada illam constitutere existimati. Alii verò serius vixisse ajunt : puta Olymp. CLXIV : quos sequitur Lilius. Sed hæc non pugnant , quia tempus hoc sub eodem sit Physconem.

Olympiadis CLXV an. I , Ptolemæus octavus , cognomento Lathyrus , Phyconis filius , parenti in regno successit. At Olymp. CLXVIII an. II , pulso Lathyro à matre Cleopatra suffectus frater Ptolemæus IX , sive Alexander. Olympiade verò CLXXI an. IV , pulso Ptolemeo IX , sive Alexandro , revocatus est Ptolemæus octavus , sive Lathyrus , ac quatuordecim hinc annis imperium tenuit.

Olymp. CLXIX an. XI , quo Consules fuere Marius IV , & Catulus , claruit Antipater Sidonius : de quo sic Cicero in libris de Oratore : *Quid si Antipater ille Sidonius , quem tu probe Catule meministi , solitus est versibus hexametros , aliosque , variis modis atque numeris fundere ex tempore tantumque hominis ingeniis , ac memoris valuit exercitatio , ut cum se mente ac voluntate conjecisset in versum verba sequerentur.* Diximus de eo quædam lib. III de Historicis Græcis. Mirum est , quod de eo Valerius Max. ac Plinius prodidere quotannis non nisi semel febri solere corripi , idque natali die , atque eodem decepsisse. Apollodorus Grammaticus , Asclepiadis filius , Aristarchi Grammatici , de quo ante dicebamus , & Panætii Rhodii Philosophi auditor. Atque hic est , qui reperit id carminis genus , quod tragijambum dixerat.

EIAM ad Lathyri tempora referendus videtur Anaxipolis Thasius : modo sanus sit locus iste Plinii lib. XIV , cap. XIV , prout legitur in antiqua editione Parmensi *. Sic quoque din (vina) transmarina fuerunt in auctoritate , ad atavos usque nostros : sicut apparet ex illo Comici versu Anaxipolis Thasi :

Quinque Thasi vini inde depromam , Falerni bina.

Anaxipolis inter rei rusticæ scriptores etiam memoratur Terentio Var-

* an. 1476.

Varroni. Sed quanto sit Varrone antiquior, non aliunde colligas, quām ex eo, quod Plinius hic (modò sanus is locus; aliter enim recentiores editiones) dicat sic Anaxipolidem scripsisse ætate atavorum: quod si generationi cuique annos demus xxx, id fuerit ante annos CL: quando Lathyrus regnabat.

Item eo regnante, circa Olympiadem CLXXXIII, tum fuerit Dionysius Σκυπερχίων, qui & Σκυλλός, sive futor. Paullo enim ante Ciceronis ac Cæfaris tempora floruerit, si ut à plerisque proditus ait Suetonius, in illius contubernio Alexandriæ vixit M. Antonius Gnifo: qui æqualis Cæsari ac Tullio fuit. Qua de re & aliquid dictum in Historicis Græcis lib. iv, cap. v. Milesium aliqui vocant: sed Suidas Mitylenæum: qui & vocat ἐπωνόμιον, ac scripsisse ait Bacchi & Minervæ expeditionem, & Argonauticorum libros vi: sed hæc esse quidem μυθικά, verum oratione prosa ad Parmenonam scripta.

Olymp. CLXXIV an. i regnare coepit Ptolemæus x, sive Auletes.

Eo imperante, nempe Olymp. CLXXX, an. i, h. e. anno Vrbis Ioc xci, Metello & Afranio Costi. Cicero dixit pro A. Licinio Archia Poëta: ut Sebas. Corradus colligit ex epist. xxi lib. i ad Att. Descripsit bellum Cimbricum: ac carmen de consulatu Ciceronis fuerat exorsus. Hodieque aliquot ejus epigrammata in Ανθολογίᾳ supersunt. Meminere ejus etiam Fabius, ac Tacitus.

Item hoc tempore vivebat Alexander Poëta: tempore nimirum Ciceronis, qui sic de eo ad Atticum lib. vi: *Libros Alexandri negligimus hominis, & non boni Poëta, sed tamen non inutilis, tibi remisi.* Et alibi eodem libro: *A Vibio libros accepi: Poëta ineptus: nec tamen scit nihil: sed est non inutilis: describo, & remitto.* Videmus, ut parum magnificè de eo sentiat Tullius. Ait Lilius Gyraldus se aliquoties dubitasse, an non is sit Alexander Ephesius, cognomento Lychnus, Poëta & Orator, quem Strabo lib. xiv dicit fuisse ex recentioribus: ut tempora videantur convenire. Cosmographiam carmine reliquit. Vide quæ de eo diximus in iii de Historicis Græcis.

Etiam Ptolemæi Auletæ temporibus floruit Theophanes Lesbius, magni Pompeii familiaris, in expeditionibus comes, & eorum, quæ geslit, Historicus. De Historia ejus diximus lib. i Histor. Græc. cap. xxiiii. Idem verò & nobilis Poëta fuit. Hodieque in tertio αὐλογίᾳ duo habemus Theophanis epigrammata: quæ Lespii hujus esse, Lili Gyraldi judicium est dialogo iv Historiæ de Poëtis. Imò idem bellum Mithridaticum carmine epico scriptum tradit. Estque in eadem sententia Ianus Douza Nordovix præfatione historiæ suæ metricæ de rebus

rebus à priscis Hollandiæ Comitibus gestis. Sed puto, id si esset, Plutarchus non eum vocasset ὀντζεαφία, verum ποιητής.

Claruit & Ciceronis ætate Philodemus, Poëta Epicureus, patria, ut ex Strabone constat, Gadarensis, Ciceroni memoratus orat. in Pisonem, ubi sic Asconius Pedianus: *Philodemum significat, qui fuit Epicureus illa ætate nobileissimus, cuius & poëmata sunt.* Gyraldus suppicatur eundem, quem nominat Horatius.

Eodem Aulete regnante floruit Parthenius Poëta ἡρωλός. Nam tempore belli Mithridatici captus fuit, eoque præceptore in Græcis usus est Virgiliius; ut apud Macrobius legere est lib. v Saturn. cap. xvii. Etiam quædam ex ejus carmine expressit: ut ibidem legas de versu istoc:

Glaucō, & Panopeā, & Ino Melicertā.

Quod ex illo Parthenii:

Γλαύκη, καὶ Νηρέα, καὶ Ινάς Μελικέρτη.

Quid quod in codice Bibliothecæ Ambrosianæ, quæ est Mediolani, ad P. Virgilij Moretum hæc adscripta leguntur, ut filio meo Isaaco cum Italiam lustraret, observatum: *Parthenius Moretum scriptit in Graeco quem Virgilium imitatus est.* Quod valde adverfatur Scaligero, poëma id, licet elegantissimum, Virgilius esse neganti. Nec enim imperiti hominis commentum esse potest: sed ex scriptum sine dubio ex codice venerandæ antiquitatis. Quod si Virgilii fuerit præceptor, omnino alias ab eo videatur, quem ad Tiberii usque tempora vixisse, ait Suidas. Nisi eo placet ad Tiberii tempora referri à Suida, quia dicarit suum opus Tiberio; quod facere potuit, simulacrum bello præclarè gerere coepit: id vero fuit annis xxix ante principatum ejus. Vide, quæ diximus de eo lib. ii, cap. i Historiæ Historicorum Græcorum.

Olymp. clxxxii an. ii, regnare cœpere Ptolemæus xi, sive Dionysius, ac soror Cleopatra.

Horum tempore fuit Theodosius Poëta, qui varia scripsit interque alia versus in Cleopatram; ut est apud Suidam.

Item Boëthus Tarsoensis, qui carmine celebravit victoriam M. Antonii apud Philippos: ut refert Strabo. Videtur idem Boëthus, cuius in Αὐθολογίᾳ quædam habemus epigrammata.

Augustum Cæsarem etiam Græcos versus fecisse, cognoscimus ex Suetonio in vita ejus cap. xcvi, Plinio lib. xxxv, cap. x, & Macrobius lib. xi Saturn. cap. iv.

C A P V T . I X.

De quarta Poëtarum Græcorum ætate à morte Cleopatræ usque ad Constantinopolin à Muhammede captam.

Sequitur quarta Poëtarum Græcorum ætas: quæ incipit ab Ægypto in Provinciam à Romanis redactâ; sive morte Cleopatræ, quæ postrema successorum Alexandri imperium tenuit. Extenditur vero ad captam à Turcis Constantinopolim, quæ res incidit in annum c I o c c c c c l i i i.

Ætatem singulorum subjungam: sed ut res planior sit, non tam Olympiadibus, distinguam, ut antè: quam Imperatoribus, sub quibus vixere.

Augusti ætate fuit Hemitheon Sybarita, Philoni * , ac Luciano † , memoratus: ex quibus constat versus ejus fuisse, ac Sybaritica urbe dignos. Conqueritur Ovidius quod sibi solum fuerit vertendum magis, quam Poëtæ, qui multo scriperat impudicius. Locus est lib. Tristium i i ad Augustum:

Nec quis compoedit nuper Sybaritida fugit.
Sybaritidem eam signat Martialis lib. x i i , epigr. x c v i i ad Rufum:

*Musci patricissimos libellos,
Qui certant Sybariticos libellos.*

Domitius Calderinus ait Sybariticos dici vel à Sybari Poëta, vel urbe ejus nomen. Sed ejus nominis Poëta fuit nullus.

Augusti temporibus claruit quoque Iuba, rex Mauritaniæ, qui inter alia etiam carmine gaudebat. Ejus versus in Leontem Argivum, ex Amaranti libris de scena refert Athenæus lib. viii i.

Nicolaus Damascenus Augusto Cæfari carissimus fuit, inque omnibus studiorum genere excelluit. Sanè Comœdias etiam, & Tragœdias, scripsit, ealque διδοκίους * , ut ait Suidas. In iis fuit Tragœdia Susanna, cuius meminit Eustathius in Dionysii Περιηγησιν, ubi de Tigride: Καὶ ἦτα οἱ γέραψαι τὸ δράμα τὸ Σωτηρίδας, οἱρεγοὶ Δαμασκηνός † . In iis quæ prosa exaravit fuit liber de Vita sua. Item de Institutione Cæfaris Augusti. Adhæc Historia καθολικὴ, sive universalis. Ex quibus omnibus Henricus Valesius primus edidit excerpta, quæ desumunt ex Constantini Porphyrogenniti Collectaneis, libro de Virtutibus ac Vitiis. Addidit vero & quæ ex Historia universalí hauserat Stobæus. Plura de hoc Nicolao dixi lib. i i de Historicis Græcis.

* in vita
Mosis.
† lib. de in-
studio mul-
tu emente
libros.

* Doclo-
rum judicio
probatae,
sive minimè
contemne-
tū quenad-
modum &
scriptor dra-
matis de
Sofanæ,
Damascenæ
et arbitror.

Anti-

Antipater Thessalonicensis vixit tempore Augusti Cæsaris: ut qui saltantem viderit Pyladem pantomimum: sicut constat ex quodam ejus epigrammate Ανθολογίας lib. iv. Tit. εἰς ὄρχησέδας. At eum ac Bathyllum primos fuisse pantomimos, ac sub Augusto claruisse, satis notum ex Dione, Zosimo, Suida, atque aliis. Alius est ab Antipatro Sidonio. Vtriusque multa epigrammata habemus in Græcorum Epigrammatum collectione.

Boëthus ejusdem ætatis Poëta est: ut qui & ipse Pyladem viderit saltantem, sicut indicat ejus epigramma, quod est lib. i Ανθολογίας Tit. εἰς θυλητας, την ὄρχηστας*. Condidit & carmen in victoriam, quam de Bruno Cassioque consecuti Octavius Augustus, & Antonius, in campis Philippicis: quemadmodum auctor est Strabo lib. xiv, ubi eum vocat, κανέν τοι ποιητῶν, κανέν τοι πολιτῶν. Vt & alia de eo legas, quæ de ætate non finant nos dubitare.

* in tribus, & pantomimos.
* malum & Poëtam, & civem.

Augusti, vel saltet Tiberii temporibus vixerit Dionysius Alexandrinus, cuius hodie habemus θεωρίαν. De eo sic in vita ejus Anonymus Scholiaxes haec tenus ineditus: Διονύσιος ὁ θεωρητής γερόντιος φίλος Διονύσιος Αλεξανδρέως. Γέροντες δέ οἱ Πρωταικῶν γερόντιοι μὲν Λύγερος Καίσαρες, οἵ δὲ αὐτοὶ. Diximus de eo pluribus in Græcorum Historicorum Historia lib. ii, cap. iii: Vbi de Augusto Plinii verbis firmavimus. In quo si fallimur, proximum esse, ut dicam vixisse sub divis fratribus, M. Aurelium, & L. Verum: ut hos ipsos intellexerit, cum Romam vocat magnum domum suorum dominorum, sive, ut Græcè apud eum est, αὐτοῖς. Quomodo consules nunquam vocasset. Igitur intelligit Imperatores. Sed quos signet, non satis paret. Iosephus Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ad an. c. lccxv per αὐτοὺς signari censet Severum cum filiis Geta, & Caracalla: quos ipsos per triplicem potestatem intellexit Tertullianus libro de Pallio. Sed caussæ nihil video, cur tam sero vixisse credamus, contra veterum omnium opinionem. Nec necesse censeo, ut per αὐτοὺς intelligamus Cæsares: cùm possit signasse principes imperii Romani: & fortasse cum Augusto Antonium, nondum hostem. Sed si omnino eapere placet de iis, qui Cæsares dicerentur, non de Severo & filiis interpretabor, verum divis fratribus, quos dixi. Nam non Severi demum, ac liberorum temporibus claruisse arguit, quod antiquior sit Oppiano, qui Severi ætate floruit. Hoc liquet ex Tzetzae, vel alterius inedita paraphrasi Oppiani ιχθυκῶν, sive de Aucupio librorum: quæ sic definitur: Τοσοῦτοι μοι, καρχίτης βασιλεὺς τοῖς τοις καὶ τοῖς ἀλλαγαῖς τοῖς ὄργιθμοῖς εἰσὶν εἰπεῖν. Διονύσιος τοῖς αὐτοῖς τοῖς τοῖς Λητᾶς Απόλλωνος διδαχὴν φασί. Hæc, optime Imperator, de vita, οὐ

capitula

captura avium, habui dicere. Dionysius verò ait, homines ea esse eductos ab Apolline, Latona filio. Vbi vix alium putem intelligi, quam Dionysium antea memoratum nobis. Quamquam Eustathius tradat ὁγιανά, quidem à quibusdam Dionysii & θεοηγητες, ab aliis verò Dionysii Philadelphensis existimari. Sed de Dionylio satis.

Tiberius Cæsar non Latinos modò, sed Græcos etiam versus fecit. Suetonius in Vita ejus cap. LXX : *Fecit & Græca poëmata, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium, quibus Poëtis admodum delectatus scripta eorum, & imagines, publicis Bibliothecis inter veteres, & præcipuos auctores dedicavit.*

Cæsar Germanicus, Drusi ex minore Antonia filius fuit. Eum veneno per Pisonem in Syria sustulit Tiberius Cæsar. Hic, ut ait Tranquillus lib. iv, cap. 111, *inter cetera studiorum monumenta reliquit & Comædias Græcas.* In Αυγολογίᾳ etiam Græci extant versus in Themistoclem : dubium hujusne Germanici, an Domitiani Cæsaris.

Nerōni poëma elegiacum de Theriaca inscripsit Andromachus pater, patria Cretensis, professione Medicus. Sæpius meminit Galenus, qui & integrum carmen recitat libro ad Pisonem de Theriaca, & in primo de Antidotis.

Titum Cæs. versibus polluisse ac poëmata, & Tragœdias, Græcè scripsisse, testes Eutropius, Isidorus, Suidas. Imò Tranquillo etiam, Latinâ Græcaque lingua *in singulis poëmatiis promitus & facilis fuisse dicitur.* Ut non ab adulatio[n]e profectum videatur illud Plinii senioris præfatione quam ad eum Naturali Historiæ præmisit : *Quanto tu ore patris laudes tonas! quanto fratri amas! Quantus in Poëtica es! O magna fæcunditas animi. Quemadmodum fratrem quoque imitareris excogitasti.* Extremis verbis significat, exemplo fratri Domitiani, licet minoris natu, se contulisse ad Poëticam.

Sub Diocletiano vixit, ac encomium ejus, Suida auctore, scripsit Soterichus Asites, Poëta heroicus : Diocletiani etiam encomium carmine scripsit : item Bassarica, sive Dionysiaca, vitam Apollonii Tyanei, atque alia.

Sub Nerva etiam & Trajano claruit Serapio Atheniensis, Poëta & Medicus, Plutarcho amicus : quem de eo vide lib. de Oraculo Delphico.

Tum etiam fuit Rufus Ephesus, qui, præter alia, sex libros de herbis versu scripsit hexametro : ut ait Galenus lib. vi de facultatibus simplicium medicamentorum. Sæpe ejus meminere, Orobisius, Ægineta, Aëtius.

Caninius Rufus municeps C. Plinii Novocomensis fuit : ut liquet

ex epistola tertia libro primo. Vbi eum hortatur , ut missis curis humilibus & sordidis curis se in alto pinguique otio studijs assereret : quippe jam tempus esse , hoc ut agat. Idem verò ad eundem lib. viii , epist. xv scribit. Eam sic epistolam orditūr ; *Optime facis , quod bellum Dacicum scribere paras.* Id carmine aggressum , & quidem Graeco , sequentia ostendunt. Vt rūm vero hoc opus absolverit , inque hominum manus venit , dicere vix habeo. Non arbitror , quando ut scriptorum quos habemus , altum de eo silentium est.

Ptolemæus Alexandrinus , Hephaestionis filius , cognomento Chen-nus , vixit sub Trajano , & Adriano Imperatorib⁹ , ac præter Historiam admirabilem , scripsit drama historicum , quod Sphingem vocavit : item *Ανθόμενος* , quod poëma xxiv libris constabat. Item alia. Auctōr Suidas. *Ανθέμιος* vero appellavit , non quia adversus Homerum scripsisset , sed quia adæquasset numerum librorum Iliados Homericæ : ut alibi * etiam diximus.

^{* lib. 2 de Histor. Graec. cap. 10.} Trajani , & Adriani tempore etiam fuit Admetus : sed indignus , cui insistam , quando ποιητὴς Φαῦλος , Poëta ineptus , Luciano dicitur in Demonachte : ubi & versiculus ejus memoratur , quem voluit monumento suo inscribi. Is hujusmodi fuit :

Γάια, λαβέ Αδμήτα ἔλυτον, βῆ δὲ εἰς Θεὸν αὐτὸς.

Terra cape Admeti spolium. Cælum ipse petivit.

Quo audito , Demonax dixit , esse epigramma elegans , ac magno se emturus , ut diu fuisset inscriptum. Ēo indicabat præstisſe , si ante multo mortuus esset. Demonax ille Epicetetum audivit , & locutus cum Phavorino , Peregrino , Herode Attico , atque etiam Luciano. Quid mirum , quando penè centenarius evasit : ut idem Lucianus auctōr est.

Adriani Cæfaris epigramma in Ημίξηρος , sive semiaridum , habemus in *Ανθολογίᾳ*. Item versiculum in tumulum Pompeji , ibidem. Spartianus in vita ejus non habuit pro bono Poëta. Sed sunt versiculi ejus , qui extant , satis elegantes.

Adriani Cæfaris , Suida teste , libertus vel è præcipuis amicus fuit Meso-medes Cretensis lyricus : interque alia celebravit Antinoum , delicias Adriani.

Eiusdem Adriani temporibus claruit Poëta Epicus. De ætate testis Eustathius *. Scripsit ἐργα θυλάσσια , unde fabellam de pompilo pisce vide apud Athenæum lib. viii t. Apud eundem lib. xi * legas scripsisse *Κούχορπτος*.

<sup>* pag. 1618
edit. Rom.</sup> <sup>† pag. 283
edit. Graec.</sup> M. Antonini Cæfaris temporibus claruisse à Suida dicitur Marcel-lus Sidites , à Sida Pamphyliæ civitate ita dictus : qui artem medicam

XLII duobus libris versibus heroicis perscripsit. Hieronymus contra Iovinianum: *Legat, qui velit, Aristophanem, & Theophrastum prosa, Marcellum Siditen, & nostrum Flavium, versibus differentes.*

M. Antonini Philosophi Imp. claruit Isagoras, Poëta Tragicus, discipulus Chresti Byzantius. Meminit Philostratus.

Sub Severo fuit Nestor Larandensis, qui panxit Ιλιάδα λειπογέραιματον*: ita ut libro primo deesset prima litera, puta A; in secundo nusquam inveniretur litera secunda, videlicet B; in tertio tertia deesset, Γ, atque ita in cæteris. Similiter Odysseam λειπογέραιματον scriptit Tryphyodorus: ut dicam inferiū.

* *Iliada h-
terarum ali-
quæ caron-
tem.*

Oppianus Cilix vixit sub Antonino non Philosopho, quod in Eusebii Chronico Hieronymiano perperam scriptum, sed Caracalla, cui & sua Αἰδηλία, vivo adhuc patre Severo dicavit. Vt κυνηγεῖναι eidem obtrulit patre mortuo. Ac circa finem imperii ejus Caracallæ lue excessit. Vt Scaliger adversus Hieronymus, & Oppiani Scholiastem Græcum observat Euseb. Animad.

Alexander Severus Imp. teste Lampridio, *vitas principum bonorum versibus scriptit*. Græco autem id fecisse sermone, colligo inde quod initio vitæ dicat, *In Latinis non multum proficit, nec valde amavit Latinam facundiam*. Ac postea: *Facundia fuit Græca magis quam Latina; nec versu inventus*. Ac post multa sequitur: *Lectioni Græca operam maiorem dabant*. Ac item postea: *Habebat, quum privatim convivaretur, & liberum in mensa, & legebat; sed Græca magis. Latinos autem Poëtas lecitibat*. Sed qui isti boni principes, quorum vitas Alexander descripsit? Docet id nos Vopiscus in Aureliano his verbis: *Ab Augusto in Diocletianum, Maxianumque, principes, que series purpuratorum sit, index publicus tenet. Sed in his optimi, ipse Augustus, Flavius Vespasianus, Titus Cocceius Nerva, divus Trajanus, divus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Severus Afer, Alexander Mammæe, divus Claudius, & divus Aurelianus. Vide quoque, quam pauci sint principes boni: ut bene dictum sit à quodam mimico scurra Claudii, In uno annulo bonos principes posse describi atque depingi*. Quamobrem ita statuo, vitas octo eorum, quos ante Alexandrum ipsum refert Vopiscus, Imperatorem eum versibus consignasse.

Sub Alexandro hoc Mammææ filio, Suida teste, fuit Pisander Larandensis, aut Lycaon, ἱππιὸς, qui carmine conscripsit variam historiam libris vi, eamque inscrispit ἡρεγιλὺ θεογαριάν, quia nempe Iovis & Iunonis nuptias celebraret. Alius & Pisander Poëta fuit, sed multo antiquior: de quo dictum in Olymp. xxxi i i.

Opilius Macrinus, qui post Antoninum Bassianum, Cæsar fuit, ver-

sus ac epigrammata scripsit: etiam à quodam Græcis versibus impi-
tus, jambico carmine respondit. Vide ejus vitam à Julio Capitolino
perscriptam.

Sub Diocletiano vixit Soterichus Oasites, Poëta epicus, qui & Dio-
cletiani encomium scripsit: & hassarica sive Dionysiaca. Suidam adi,
& quæ dixi in Historia Historicorum Poëtarum lib. 11.

His etiam temporibus fuit Triphyllius Episcopus Cyprius, disci-
lus Spiridionis qui Tremithuntis Cypriorum fuit Episcopus. Hic Spi-
ridionis ejus miracula, ac vitam versibus descripta Iambicis: ut est
apud Suidam. Spiridionis ætatem ex eo cognoscimus, quod Concilio
interfuit Niceno. Vide de eo lib. 1 Tripartitæ Hist. cap. x.

Sub Constantini liberis, item Juliano, ac imprimis Valentiniāno &
Valente claruit Apollinaris Laodiceæ in Syria Episcopus: imò & atti-
git tempora Theodosii M. Hic nulli suæ ætatis variâ ac solidâ doctri-
nâ cessit: &, quod Theologorum Græcorum non paucis defuit, He-
braicæ linguae admodum peritus fuit. Vtinam extarent xxx ejus libri
adversus Porphyrium: quæ inter opera ejus maximè probari ait Hiero-
nymus in scriptoribus Ecclesiasticis. In iis Eusebii etiam, ac Methodii
industriam viciisse, ait Philostorgius. Qui & hunc & Basilium, ac
Nazianzenum, inter se confert uti, & ex eo facit Suidas. Hoc loco au-
tem memoratus nobis, quia & sacrâ poësi fuerit inclytus. Superest Psal-
morum paraphrasis, sanè luculenta. Etiam Christus Patiens à quibus-
dam hujus esse, non Nazianzeni, putatur. De hoc Apollinare ita Ioan-

^{714. 570.} nes Saresberiensis lib. viii de Nugis Curialium cap. xxii *: *Scripsit*
Apollinaris, vir doctus, & ingeniosus, heroicus versibus, pro Homeri poëmate,
Hebraicam antiquitatē, & in also opere imitatus est Comædias Menandri
fabulositate deductā. Euripidis quoque Tragœdias, & lyram Pindari secutus
est, & absoluè dicendum, quia ex divinis scripturis argumenta sumens, ende-
t encycloicas & lectiones tempore parvo composuit; numero virtute, moribus, conscri-
pitione, charactere, & dispositione Grecorum value pares. Tantus vir non
parum de ingenii doctrinæque laudibus detrivit novo dogmate, quo sta-
tuit, Λόγον non mentem adsumisse humanam sed solum corpus animâ
prædictum sensivâ. Nempe eo differebat ab Arrianis, quod hi putarent,
adsumisse corpus ἀψυχον, ille autem ἐμψυχωμένον ψυχὴν ζωήν: quia,
ut ajebat, nihil attineret ab ea assumi νῦν, quia anima sensiva gubernare-
tur à Λόγῳ. Ut rationali anima nihil illi opus foret, qui aliquid haberet
longè excellentius ac perfectius. De quo ita Vincentius Lirinensis in
Commonitorio: Quid illo præstantius acumine, exercitatione, doctrinâ?
Quām multas ille hæreses multis voluminibus oppresserit, quot inimicos fidei
confu-

confutaverit errores, indicio est opus illud triginta non minus librorum nobis-
lissimum, & maximum, quo insanias Porphyrii columnas magnâ probatio-
num mole confudit. Longum est universa ipsius opera commemorare, quibus
profecto summis ædificatoribus Ecclesiæ par esse potuisset, nisi profanâ illâ her-
eticæ curiositatis libidine novum nescio quod adinvenisset, quo & funestos la-
bores suos velut cuiusdam lepræ admixtione fœdaret, ut doctrina ejus non tam
ædificatio, quam tentatio potius Ecclesiastica, videretur. Audiamus & Theo-
philum, Alexandrinum Episcopum, libro i Paschali: *Cessent Apollina-*
ris discipuli ea, quæ contra Ecclesiasticas regulas est locutus, propter alia ejus
scripta defendere. Licet enim adversus Arrianos, & Eunomianos, scripsit,
& Origenem, aliosque hereticos, sua disputatione subverterit, tamen, qui me-
*mor est illius præcepti **, Non accipies personam in judicio; veritatem semper * Deute-
rebet deligere, non personas, &c. Plura de Apollinari si voles, adde, quæ ren. i. 17.
dixi libro secundo de Historicis Græcis cap. xviii.

A Constantio confosus imperii factus est Julianus anno CCCLVI, sed
solus imperavit anno CCCLXI, ac sequenti. Hujus tempore fuit Eudæ-
mon Pelusiotes, ut qui Libanii Rhetoris fuerit æqualis. Præter ea, quæ
ad artem Grammaticam, ac Rheticam, pertinerent, varia poëmata
condidisse, ex Suida cognoscitur.

Domini sui Juliani Imp. gesta Callistus, qui eum in Persica expedi-
tione comitabatur, carmine heroico descripsit: ut est apud Socratem
Hist. Eccles. lib. i i i, cap. xviii, & Nicephorum lib. x Historiæ Ec-
clesiasticæ, cap. xxxiv.

Sub Juliano Imperatore etiam claruit. Milesius è Smyrna Joniæ,
quem Anatolius, vir summus maximo amore complectebatur. Poësi se
dabat & quidem omni carminis generi; ut auctor est Eunapius.

Item, eodem Eunapio teste, tum fuit Ionicus Sardensis, idem Medi-
cus, & Poëta.

Gregorius Nazianzenus, qui eadem ac Apollinaris ætate fuit varia
scripsit versibus hexametri, atque aliis: quæ hodieque superflunt. Ma-
jor octogenario, anno Theodosii Magni xiiii excessit è vita. Meminit
& in scriptoribus illustribus Hieronymus, cuius præceptor fuit.
Quanti semper habitus sit, arguit, quod *νατ' εξοχώ* Theologi nomen
meruit.

Tum etiam claruit Amphilochius Iconii Episcopus, cui Basilius li-
brum de Spiritu S. dicavit. Inter alia carmen jambicum scripsit ad Se-
leucum, quinam Scripturæ libri sint legendi. Latinè id habes in Biblio-
theca sanctorum PP. tom. viii, edit. ii.

Arcadii, & Theodosii junioris temporibus enituere Eusebius Scho-
lasticus, & Ammonius. Ambo autem carmine descripserunt bellum,

quod adversus Gainam, Gotthorum regem, gestum fuit. Meminit utriusque Socrates lib. vi, cap. vi, & exinde Nicephorus lib. xiiii, cap. vi. Dixi de utroque etiam in Historicis Græcis lib. iv, cap. xviii.

Venio ad tempora Theodosii Iunioris.

Ejus conjux fuit Eudocia, Leontii Sophistæ Atheniensis filia, antequam Christiano fonte tingeretur ac Imperatori nuberet, Athenais dicta, tum deinde nuncupata Eudoxia, quia licet humili esset loco nata, ob eximias tamen animi ac corporis dotes sic placuisse Imperatori, ut eam sibi connubio jungere dignaretur. Hoc factum cum & ipsa & Imperator essent vicennes; Anno sequenti peperit Eudoxiam, quæ postea Imperatori Valentiniano III nupsit. Vigesimo quarto Imperatoris anno, suoque Eudocia, renunciatur Augusta. Anno ætatis XLIV incidit in Imperatoris indignationem deprehensa in mendacio ob μῆλον Εὐδόξην, ut vocat Nicephorus, h. e. malum Eridis, ubi Langus perpetram contentionis overa vertit, ut multis observatum. Anno LIX decepsit in Palæstina: cum autem jurasset se puram esse criminis à Paullino. Quantum verò carmine etiam valuerit, docet Socrates lib. vii, cap. xxii: ubi vocat ἐλόγιμον*, aitque à patre Leontio institutam in omni literarum genere, & cum maritus victoriam de rege Persarum esset adeptus, de ea poëma fecisse carmine heroico. Etiam ex Photii cod. CLXXXIII, & seq. cognoscere est, eam reliquise octateuchum, pro librorum numero, octo libris carmine heroico perscriptam. Operam hanc plurimum laudat Photius. Atque addit, simili artificio condidisse μετρογονιν metricam Zachariæ, & Danielis Prophetarum. Item libros tres carmine fecisse in laudem B. martyris Cypriani. At nulla apud hos mentio est Homerici Centonis de Christo, qui hodieque exstat. Et sane eum Aldus Manutius †, & H. Stephanus*, tanquam incerti scriptoris edere maluerunt. Aliorum opinio est esse Patricii Presbyteri: de quo in Zenonis temporibus dicemus.

* an. 1504.

** an. 1578.

Eodem Theodosio imperante claruit Cyrus Panopolita, carus ejus conjugi Eudociæ. ac ad Vrbis præfecturam electus, postea Cotyaci, Phrygiæ Vrbe Episcopus, ad usque tempora Leonis Imper. quemadmodum auctor est Suidas.

Item tum fuit Synesius Ptolemaidos Episcopus: imò ad Theodosium hunc scripsisse, testem habemus Euagrium lib. i Histor. cap. xv. Præter alia hymnos reliquit decem: quorum tria tralatio Guilhelmi Canteri, Francisci Porti Cretensis, & Dionysii Petavii. Fortassis certiora quis ex eo colliget, quod apud Suidam legamus Ausonium Sophistam epistolas, & alia quædam scripsisse ad Nonnum.

Liono

Ejusdem

Eiusdem Imperatoris temporibus floruisse arbitror Nonnum Panapolitem , cuius paraphrasin , & Dionysia habemus. Agathia esse antiquiorem certum est , cùm hic ejus meminerit. Vixit verò Agathias sub Cæsare Iustiniano ; ut mox dicam. Chrysostomo esse juniorem inde colligo , quod usque adeo multis Chrysostomi vestigiis , in Ioanne interpretando , insisteremus amet. Præterea id dictio indicat Sophistica ; qualis seculo quinto fuit ac deinceps : uti ex Heliodoro , Synesio , & aliis liquet. Ac similes è Poëtis Quintus , Thrypiodorus , alii ; de quibus mox dicam. Vixit tum , ut jam dixi , Synesius , Cyrenes Episcopus ; qui epistola XLIII ad Anastasium exaratā meminit Nonni , bona patris sui Sosennæ ad alios transferentur. Etiam tum claruit Nonnus Monachus & Episcopus è Taberonensium Monasterio : qui S. Pelagiam , aliter Margaritam vocatam , convertit : ut fusè in Pelagiæ vita narrat Iacobus , Diaconus Heliopoleos. Evidem vel utrumque , vel alterum eundem putem , quia tempora convenient : Alioquin non ignoro , complures ejus fuisse nominis. Et *nonni* vocabulum naturâ est commune , sive appellativum , ut vocant , ac significat sanctum , vel pietate & castitate celebrem : ac simile est *nonna* , unde Hieronymus ad Eustachium : *Castæ vocantur & nonne*. Hodieque virgines Christo dicatae vocantur *nonne*. Atque ex his satis liquet , quantopere fugerit ratio doctissimum virum Carolum Paschalium lib. I Coronarum cap. xvi ; ubi ex Ovidii Fastorum tertio , quatuor adducit Poëtæ ejus verlus de corona Bacchi hederacea , ac deinde binos ex Nonni Dionysiacō nono subjungit , atque ait , si Ovidius suos non verterit è Nonno , saltem inde sententiam desumisse : quale nihil dixisset , si magis constitisset de Nonni hujus ætate. Nam satis ex iis , quæ diximus , liquet. Nonnum Ovidio quadringentis esse annis juniores.

Tum etiam Proclus Lycius vixit , Philosophus Platonicus , cuius hymni sunt pares illis Orpheo tributis. Fuit discipulus Syriani Alexandri , & Plutarchi filii Nestorii : præceptor Marini Neapolitani. Quum varia scripserit , dicet Suidas. Multa hodieque supersunt. Scripsit quoque adversus Christianos : quibus Ioannes cognomento Philoponus , vel Grammaticus , respondit.

Annocccc LVIII , ac deinceps , sub Leone in Oriente , Majoriano Cæsare in Occidente claruit Isaacus , sacerdos Antiochenus ; de quo sic Gennadius in illustribus viris : *Isaac presbyter Antiochenæ Ecclesiae* , scripsit Syro sermone longo tempore , & multa : præcipuâ tamen curâ adversus Nestorianos , & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiae elegiaco carmine planxit , coadutores imbuens sono , quo Ephrem Diaconus Nicomedie lapsum. Mortitur Leone , & Majorano regnabitibus.

Leonis

Leonis ac Zenonis temporibus Petrus Edissenus sacerdos claruit. De quo sic Gennadius in viris illustribus: *Petrus Edessenæ Ecclesiæ presbyter, declamator insignis, scripsit variarum caussarum tractatus, & in morem sancti Ephrem Diaconi psalmos metro compositi.*

* annalium
tom. 3. in
Vita Basili
imperat.
Zenonis Imperatoris temporibus, ut ex Zonara*, ac Cedreno cognoscimus, claruit Pelagius Patricius, qui Ομηρόκεντρα, sive Homericos centones de Christo fecit. Etiam in Bibliotheca quondam Palatina num. cccxxvi, statuitur Patricii presbyteri poëmatum Homericis versibus de Christi incarnatione, vita, ac morte. Ac numero ccc lxxxii refertur Patricii Homerocentra, seu Christias ex Iliade & Odyssaea Homericæ. Multis persuasum fuit esse opus Eudociæ Imperatricis: de qua in Theodosii Iunioris temporibus diximus. Sed ut tum monebamus, hoc si esset, meminisset ejus Photius, qui de scriptis Eudociæ loquitur cod. clxxxiiii, & seq. Quare non displicet, quod in re incerta, nec Aldus Manutius, nec H. Stephanus, nec qui Parisinæ editioni anni cœlo Iōcix præfuerunt, nomen vel hujus, vel illius apponendum putarunt. Magis tamen eò inclinat animus, ut Patricii, quam ut Eudociæ laborem arbitrer.

Sub eodem Zenone floruit Pamprepius Panopolitanus, etiam gratia apud eum valuit. Magni fuit Procli discipulus, inque religione gentili perstigit, nec id dissimulavit, ubi omnes videret in Vrbe Christianos. Vide de eo multis differentem Suidam.

Item tum fuit Marinus Neapolitanus, Procli itidem discipulus: cuius & vitam descripsit, idque, ut Suidas ait, κατελογάδω, καὶ θηικῶς, prosâ, & versu.

Sub Anastasio claruit, Suida teste, Christodorus: qui libris sex complexus Ἰσαυρίας ἀλωσιν, sive de Isauria ab Anastasio subacta. Alia ejusdem refert Suidas.

Sub Anastasio Imp. quoque, ut est apud Suidam, vixit Timotheus Gazæus, Grammaticus, qui in Anastasium condidit Tragoediam de Demosio, qui Chryfargyrus vocatur. Versu etiam de quadrupedibus, avibus ac serpentibus peregrinis & prodigiosis scripsit.

Etiam horum temporibus, puta post Marcianum, sub Leone, Zeno, & Anastasio, quantum videre possum, vixerunt Quinctus, Coluthus, Tryphiodorus, Musæus. Sanè ætate non admodum dispare esse, similio dictio ostendit.

Ex his Quinctus libris xiv scripsit τὰ μεθ' Ομηρον, sive Πλαγματομήμα: quomodo inscripsit, quia Homerus historiam de Ilio non absolvit. Vulgo solent Calabrum vocare, quia eum Bessarion, Nicæa Cardinalis, extra Hydruntēm, maritimū Calabriæ oppidum in pervetus ade

æde B. Nicolai reperit. Atque hoc etiam in Græca Constantini Lascaris Grammatica legere est. Nunc verisimilius Smyrnæum nuncupant: quia ipse lib. xiv dicat, *σεικλύτης* five illustribus Musarum ovibus Smyrnæ pascendis, operam dedisse: ex quo si de patria haud certò colligitur, saltem videmus scholam non infrequentem præstantium discipulorum habuisse Smyrnæ. At nullo nititur fundamento, quod eum Ptolemaeus Flavius † Romanum putavit.

† cap. 32.

Coluthus fuit Ægyptius, videlicet Lycopolites, ut fuerit ex Thebaide. Ejus librum de raptu Helenæ ibidem reperit Bessario. Tempore Anastasi Imperatoris clarè ait Suidas: qui & Calydonicorum ejus, & Persicorum meminit.

Tryphiodorus itidem Ægyptius fuit. Ejus de Trojano excidio poëma primus divulgavit Aldus. Præterea verò alia multa reliquissit, ex Suida cognoscimus. Inter haec est Odyssea *λεπτοχάρματος*: de qua & Hesychius Milesius testatur. In earum primo nullum erat A, in secundo nullum B, atque ita deinceps quisque ὀδυσσέας liber eā carebat literā, quæ numerum libri indicaret. Ac similiter temporibus Severi Imperatoris temporibus fecerat Iliada *λεπτοχάρματος* Nestor Larandensis: ut superius, & alibi quoque, nobis dictum †. Miror verò à Gyraldo dialogo de Poëtis tertio * memorari inter Poëtas, qui sub Ptolemaëis vixere.

* literarum
aliqua ca-
riss.

Musæum, qui amores Leandri, & Herùs, conscripsit, Cæsar Scalliger (at quantus vir!) in suis de re Poëtica libris Homero præmisit, quia hunc putaret esse illum, cuius à Virgilio fit mentio in sexto magni operis. Sed nihil manifestius, quam hunc vixisse sub Augustis, & quidem post quartum seculum. Itaque hīc, de quo jam sermo nobis, in vett. libb. dicitur, *Μεσαιοῦ ὁ Γερμανὸς*.

† lib. 2. de
Histor. Gra-
ciis, cap. 4.
* pag. 122.
edit. Basil.
1580.

Etiam sub Anastasio Imperatore, ut testis est Suidas, claruit Marianus, Marisi filius: qui, ut idem ait, scripsit metaphrasin Theocriti jambis ter mille centenis & quinquaginta, item metaphrasin Apollonii Argonauticorum jamborum quinque millibus, sexcentis, & octo. Præterea metaphrasin Callimachi Hecales, Hymnorum, Caussarum, & Epigrammati sexies millenis octingentis & denis, metaphrasin Arati jambis mille, centum, ac quadraginta, theriacorum Nicandri jambis mille trecentis septuaginta, ac similiter aliorum complurium Poëtarum.

Paulus Cyrus Florus Silentarius Iustiniani tempore, vel paullo ante templum Constantinopolitanum carmine, descripsit: ut testatur Agathius lib. v. ubi & præclarum ejus elogium invénies, aliaque etiam poëmata edidisse cognosces. De ætate auctoꝝ quoque nobis Suidas: qui

L

clarè

clarè ait Agathiam cum Silentario, & Consule Macedonio, & Tribuniano, vixisse sub imperio Iustiniani.

Iustiniani Cæsaris tempore claruit Agathias Scholasticus Smyrnæus, qui præter Historiam de Belisario, ac Narrete: etiam carmine Daphniaca scripsit: ac compluria etiam Epigrammata supersunt in Ανθολογίᾳ. Vide Suidam.

Sub eodem Iustiniano fuit Tribonianus Sidores, qui versibus reliquit commentarium in Canonem Ptolemæi. Item carmine scripsit de mensuram permutatione. Atque alia, de quibus apud Suidam.

Eunomianus Suidæ memoratur verbo Εὐνομιανὸς, atque item voce Εὐνόμιος. Ætatem indicat, quod eum sub Iustiniano imperatore Belisarius è sacro fonte suscepit. Sed non satis est evidens, utrum hic sit Poëta ille Orthodoxus Eunomianus, cuius in historiam Philostorgii Arriani epigramma est in codice epigrammatum olim Palatino, nunc Vaticano, atque ab Iacobo Gothofredo præmissum accuratæ editioni Philostorgii.

Sub Heraclio, qui Phocæ Imper. successit, fuit Georgius Pisides, Constantinopolitanus Diaconus, & Χαροφύλαξ, sive Chartularius, ut Suidas auctor est, & Nicephorus lib. xvi 11 Hist. Eccle. cap. XLVIII. Iambicis trimetris scripsit de Vanitate; item de operibus sex dieram: ex quo solum supersunt versus c. lxxxviii: sed olim erant versuum tria millia: ut est apud Suidam. Interim ex deperditis paucula supersunt fragmenta apud Suidam in Σπαγειεῖται, Σφύρω, Τέλμα, Ηερολέια λιθοῖς, Δούκατονδροῖς, κισθηλοῖς, & Αρχμήδης. Item Georgium Cedreniem in Heraclio Imp. & Nicetam lib. x Thesauri Orthodoxi, qui ipsi apud Nicephorum leguntur loco antè memorato. In Mso Codice Bibliothecæ Augustanæ inscriptio prologi est istiusmodi: Γεωργίος*, Διακόνος τῆς ἀγίας Εκκλησίας τοῦ Πιστοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν εἰς αὐτὴν σικάτων. Ex eodem Suida discimus etiam scripsisse alia. Sed de his in Historicis Græcis diximus.

Leonis Isauri, & Constantini Copronymi temporibus fuit Iohannes Damascenus: qui imprimis inclaruit lib. iv de fide Orthodoxa: in quo Petro Lombardo Sententiarum Magistro, magnam partem præivit. Alia etiam multa scripsit, quæ extant. Deperit vero Susanna drama: cuius meminit Eustathius commentario in θεάτρῳ Dionysii Afri.

Iisdem temporibus floruit Cosmas Hierosolymitanus, cognomento ἀγιοπλήτης, Episcopus Vrbis Μαλιάς. Ejus hymni tredecim Latine extant in Bibliotheca SS. Patrum Tom. viii, edit. ii.

Michaël Psellus vixit sub Constantino Monomacho, ac Michaële Stratiota,

* Georgius,
Diaconi san-
cta Ecclesia,
cognomento
Pisida, præ-
missum opifi-
cii sex die-
rum, verfi-
bus jazibici.

Stratiota, & Isaacio Comneno: at floruit imprimis sub duobus Ducibus Constantino, & Michaële ; quorum ille cœpit imperare anno cl^o LIX: hic desit anno cl^o LXXXVIII. Verum & sub Nicephoro Botoniate fuerit , & Alexio Comneno ; si ejus est præfatio præmissa Dioptræ à Philippo Solitario scriptæ versibus Politicis. Nam Philippus ait, se ea scriptæ anno Alexii decimosexto , à natali Christi cl^o c. v. Fuit Psellus omnijugæ doctrinæ , atque idem πολιτικός ; atque inter alia tam multa , quorum Catalogum doctissimus Leo Allatius texuit dissertatione de Psellis, compluria perscripsit carmine jambico , aut versibus politicis. Ut versus jambicos de virtutis, & virtutibus ; quos Heraclidis Pontici Allegoriis subjunxit Gesnerus. Sane huic Michaëli tribuit quoque Andr. Schottus præfat. in Cantica Cant. sed dissentiente collega meo doctissimo Ioanne Meursio , qui Ioannis Pselli putabat. Vtrumque de isto , Michaëli exaravit carmina in Cantica Canticorum , synopsis legum versibus politicis, versus protosyncellum , ænigmata versibus politicis, versus politicos de Grammatica ad Constantinum Monomachum item ἀπὸ αὐτούς : adhæc explanationem vocum obscurarum : ex quibus nonnulla citat Suidas : multaque alia, quæ ex eodem Allatio petere est , qui & versus ejus ineditos apposuit non paucos. Ad poësin quodammodo etiam referre possis , quod soluto sermone scripsiterit paraphrasin Iliadis Homericæ ; cuius initium : Τὴν ὁργὴν τίπε, ω Θεα, της γε τηλέως.

Michaël Ducas Imperator discipulus fuit Michaëlis Pselli : à quo variis excultus disciplinis. Imprimis vero se oblectavit versibus faciendis, ut Historici Græci testantur.

Initio seculi decimiertii claruit Ephraëm ; qui carmine jambico Chronicon condidit de Imperatoribus Constantinopolitanis. Diximus de eo in Historicis Græcis lib. 11, cap. xxix.

Post hosce magis, & magis, jacere poësios studium cœpit, usque ad Constantinopolin redactam in potestatem Muhammedis: quorum circa nomina ac tempora referre haud opera putavi.

Præsertim quando curiosis hac parte satisfacere possit Lilius Gyraldus : uti & in priorum temporum multis : quos laudant Athænæus, Suidas, Stobæus, Λυθροζία à Maximo Planude collecta , ut alias taceam. Is Planudes , cùm triplex extaret epigrammatum editio , una Meleagri, altera Philippi, tercia autem Agathiae ; ex tribus illis collegit quæ maximè arriserunt , ac septem libris titulis Ἡ σοχεῖα dispositis , dígescit. Etsi autem propositum ei fuerit omittere impia, imò & obscena: quædam

quædam tamen reliquit, quibus tectiùs aliquid lascivi contineretur. Ad poësin etiam pertinet; quod Ovidii Metamorphosin Græce reddidit, sed prosa Catonis etiam disticha expressit versibus Græcis. Eorum censuram eruditam scriptis Iosephus Scaliger. Etiam ipsius Planudis quædam exstant carmina in Bibliotheca Bavaria. Assentij verò non possum Possevino, qui in Apparatu sacro*, ait Maximum Planudem claruisse tempore Concilii Basileensis: quod inchoatum anno cl^o cccc xxxi. Potius adsentio Genebrardo in Chronicis, qui floriuit ait anno cl^o ccc lxx. Ac favet Raphael Volaterranus in Anthropologia sua, five commentariorum Vrbanorum lib. xvii. Vbi sic scribit: *Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, vir planè do-
lissimus, vehementiisque ingenii, abbinc annos fere CL, Romanæ ab initio fa-
vit: ob quam rem ab Imperatore Constantinopolitano multa passus, in custo-
diam tandem conjectus, contrà sentire coactus est, tribus edisis contra Roma-
nam Ecclesiam argumentationibus. Quas state nostra Beffario, Cardinalis
Nicensus perlegens mirari solebat, virum ceteris in scriptis excellentem, sum-
mumque Philosophum tam ineruditos infirmosque edidisse syllogismos, haud ob
aliam putabat causam, quam quod ea, quæ metu perficserit, animo impro-
baverit. Ac plura de eodem inibi legas. Vti & apud Possevinum in
Apparatu Sacro.*

*Captæ verò Constantinopoli, plus Græca Poësis in Italia, quam
Gracia vigere cœpit.*

Sanè præclarum Musuri Cretensis ingenium satis testantur pauca illa epigrammata: inter alia illud Platonis operibus præfixum: cuius ergo maximè à Leone decimo factus putatur Archiepiscopus Epidaurensis. Non adsperranda iisdem temporibus illa Ioannis Lascaris, sed quæ tamen non augeant viri nomen. Et jam post Græcos Itali, & alii, feliciter tentare. Primus, ut puto, Angelus Politianus, et si non omnia pari successu: non parùm verò laudis meruit epigrammate in Venerem Armatam, & imprimis illo, in Venerem A^raduoleñv †, quæ cum antiquis certant.

Anno cl^o Io xxxi carmine Græco, quali nunc lingua utuntur Græci, Leonardus. Fortius Romanus scriptis de re militari, & instrumen-
tis bellicis, additis etiam imaginibus.

* Emergen-
tem.

DE POETIS GRÆCIS INCERTÆ ÆTATIS.

AGathyllus Arcas , Poëta elegiographus ab Dionysio † Ha-
licarn. laudatur in iis , quæ de adventu Æneæ in Italiam
prodidit. Diximus & de eo in tertio de Historicis Græcis ,
ubi de Demagora.

t. 66. 1.
Antiquit.
Rom.

Alcander Poëtane , an aliū generis scriptor fuerit , non
video unde colligi possit , nisi forte hoc ex loco Clementis Alex. in ἀρ-
χεπ. Τας δὲ Μέσους * , ἀς Αὐλακωδρῷ Διός καὶ Μηνημοσύνης γένεαλογεῖ , η̄
δι λοιποὶ πατέται καὶ συγγενεῖς ἐκδειάζοται τὸ σύγχρονον.

* Musas
vero, quas
Alexander
genus ducere
at à Iove
& Mnemosyne,
ac reli-
qui Poëta &
scriptores pro
ditis habent
ac veneran-
tur.

Alcimenes duo fuere , Megarensis Tragicus , & Atheniensis Comi-
cus, uterque Suidæ memoratus. Posterioris Thesaurum, & Peccantes ,
citat Athenæus.

Ananius jambographus fuit. Meminit Athenæus in tertio , Dipno-
soph. & Isaacius in Lycophronem, quo loco de jambographis agit.

Anthippus Comicus fuit.

Anyte Poëtria Tatiano memoratur. Supersunt ejus quidam versus
in aves, & epigramma in Themistoclem.

Archestratus sive is Syracusanus, sive Gelous , Terpsionis discipulus ,
carmine conscripsit quæ ad gulam ac ventrem pertinent : eaque poë-
ma id dicebatur γαστρομεῖα , γαστρολογία , ὥδυπτήθεια , δεσποτολογία , ὁψολο-
γία , vel ὁψιποτα . Esse eam Epicureæ Philosophiæ metropolim dicebat
Chrysippus.

Aristæus carmine ἡρωικῶν θεογαμιῶν libros scriptit.

Ariston Chius Tragicus , qui cum iu Meneitheum , virum fōtem
Tragœdiām scripsisset , urbe Athenarum pulsus est ; ut memorat Plu-
tarachus. Meminit & Laërtius lib. vi 1 , in extrema Zenonis vita.

Aristophon Poëta Philoctetem fecit, cuius meminit Plutarchus.

Asius Poëta, patriâ Samius fuit, filius Amphiptolemi , ac ἐργεαλόγη-
τε , sive genealogias conscripsit. De patre patriaque auctor Pausanias
in Achaicis ; de opere memorato , testis idem in Messenicis. Meminit
quoque carminum Asii in priore Eliacorum , & Bæoticis. Binos quo-
que versus memorat pene initio Arcadicorum. Etiam Poëtam nominat
in Corinthiacorum secundo. Athenæus item in tertio veterem vocat
Poëtam: ac in duodecimo septem memorat versus , quos ex eo citârit

Duris historicus. De Metabi , & Menalippes fabula carmen reliquisse, auctor est Didymus, sive alias, scholiis in odyss.

Augeas Atheniensis, mediæ Comœdiæ Poëta, cuius fabulæ Rusticus, & Poëta. Vide Suidam. Stephanus verò & Augen μελοποιὸν memorat. Sed is alias, patria Tegeates, ex Creta.

Autocrates Atheniensis Comicus , cuius fabula Tympanistes apud Suidam.

Axionicus memoratur Athenæo. Fabulæ ejus Phileuripides , Chalcidicus, & Tyrrenus.

Babrias fabulas Æsopicas Græcis jambis expressas in duo volumina coartavit : ut est apud Avienum præfat. fabularum Æsopicarum ad Theodosium Ambrosium. Aliis non Babrias, sed Gabrias vocatur. Verum Babrias auctoritate Suidæ comprobatur. Verum quæ fabulæ jambis scriptæ Gabriæ nomen præferunt , potius sunt Ignatii Diaconi : si quibusdam Mssis fides, ut in Oratoriis etiam diximus.

Batton Comicus, cuius fabulæ Androphonos, & Euergetæ. Meminere Athenæus, & Suidas.

Batalus Ephesius Poëta, vel, ut Libanius ait, tibicen : vel histrio, juxta Thomam Magistrum : quod nomen Demostheni ab inimicis datum.

Blæsus οὐδαμογέλοιων ποιητὴς , natus fuit in Capriis, Italæ insula , teste Stephano in *Kapteinu*.

Bæotus parodiarum Poëta fuit , alias à Tarsensi , de quo dictum Olymp. CLXXXII.

Boiscus Cyzicenus reperit jambicum tetrametrum octonarium : qua de re diximus lib. II de re Poëtica, cap. xxv.

Butas Poëta elegiacus de Romanorum r̄ebus cauſas attulit fabulosas. Lupercalium cauſas inde adducit Plutarchus in Romulo. Meminit & Arnobius in v : *Sicut ſais ſcribit in Caufſalibus Butas.* Perperam vulgo putas . Quod & Pithæus vidit , & ab eo monitus Heraldus ; cùm prius eos fecutus foret, qui pro putas , Plutarchus refribunt ; perperam profectò, cùm à Plutarcho Butas citetur ; quemadmodum vidimus. Diximus de eo quoque lib. III de Historicis Græcis.

Callias Atheniensis, filius Lysimachi χοινοπλόκη, sive restionis, unde, & ipse χοινίον, sive funiculus, dicebatur. In ejus Tragediis fuit Grammatica , quam memorat Athenæus lib. x. Item scripsit Cyclopes : quas advocat Pollux lib. vii , cap. xxiv , & xxvi. Præterea à Suida referuntur Ægyptius, Atalanta, Pedetæ (Πιθῆται) Ranæ, & Σχυλάζοντες.

Callinus εὐ. τοῖς ἐλεγέσιοις citatur Athenæo lib. xi i. Antiquior fuit iis , quæ adversa perpeſſi Magnetes. Clemens Alex. lib. i Stromat.

Kæll.

Καλλίνο^{το} ἦ πρεσβύτερο^ν καὶ μακρῷ. τῶν δὲ Μαγνήτων ὁ μὲν Αρχάλοχος
Στρολολώτων· ὁ δὲ διημερέστων μέμνηται. Vide & de Callino Strabonem
lib. xiiii.

Cantharus Atheniensis Comicus, cuius fabulae Medea, Tereus, Symmachia, Myrmeces, & Aëdones: ut est apud Suidam. Tereus citatur
Athenaeo lib. xxi, ac ejus nominis fabula scripta ē Græcis Philetæro, ē
Latinis Livio Andronico.

Capito Alexandrinus Poëta ēπονος ad Philopappum scripsit com-
mentarios, quæ Athenæus citat lib. viii. item ēπονος, de quibus idem
lib. vii. Alium esse à Capitone, historico Lycio, dictum lib. xii de
Historicis Græcis.

Capnias Poëta memoratur Suidæ, dicitque nihil scripsisse præclaris:
ut nihil mirum, si omnia ejus abierint in fumum, qui Græcis καπνός,
unde nomen Poëtæ Καπνίας.

Carneades, Poëta elegiacus, sed frigidus: aliis à Carneade Philosopho.
De utroque est apud Laertium lib. iv. Suidas & tertium memo-
rat, itidem Philosophum, Anaxagoræ Philosophum. Sed de Poëta filet.

Cato sive Battus Comicus.

Charmus Syracusanus reliquit Δειπνολογία, sive Οφολογία, vel Νδο-
λογία aut Γαστροφία.

Chrysippus Georgicorum scriptor memoratur inter quatuor Chrys-
sippos à Laertio lib. vii. Eoque in Poëtis recenset Lilius Gyraldus
Historiæ de Poëtis lib. xii. Sed non video, cur non possit prosa de re
rustica scripsisse; ut alii multi.

Chrysippus κατεργαλήσεις, ut vocat Athenæus lib. xiv. h. e. nu-
tricularum haenias. Quintilianus lib. i, cap. x: Chrysippus etiam nutri-
cum quæ adhibentur infantibus, allecrationis suum quotidiam carmen adsignat.
Sed de Chrysippo nihil video quod ad Poëtas. Nam κατεργαλήσεις
istæ sunt Chrysippi Stoici, cuius nota est ætas.

Chrysippi Tyanei Αρτογρίνερ, sive de panis conficiendi ratione,
Athenæo lib. xiv. Non multo ante Athenæum vixit.

Clearchus Comicus, cuius fabula Corinthi: unde sententiam citat
Athenæus in xiv.

Cleomenes Rheginus Poëta fuit dithyrambicus, ac poëma reliquit,
cui nomen Melæagram. In eo retulit, albi fuisse coloris aprum Calydo-
nium: ut legere est apud Athenæum in nono Δειπνοσφ. Fortasse alius
ab hoc Cleomenes ille, quem Clemens Alexandrinus lib. i Στεφαν.

vit librum reliquisse οὐδὲ Ησίοδος, sive de Poëta Hesiodo fuerit, sive po-
tiū ipso poëmata ejus commentarius.

Cleo-

Cleophon Atheniensis Tragicus, cuius fabulae Actæon, Achilles, Telephus, aliæ quas Suidas recenset. In iis & Δεξαμῆτης, sive Accipiens. Nisi id potius cognomentum alicujus fabulæ. Ad Thyestem Lilius referebat. Sed ordo facit, ut ambigam. Nam inter Bacchus, & Erigonem collocatur.

Clidemi Attidem Athenæus citat.

Clonas Tegeates, vel, secundum alios, Thebanus, relatus inter Poëtas elegiographos, & epicos. Primus reperiſſe dicitur nomos, sive leges musicæ: quamquam alii ab Ardalo, unde Musæ sunt Ardalides dictæ, repertas putent. Sed nihil impedit, quo minus νόμοι alii ab hoc, alii ab altero sint reperti. Quicum convenit, quod aliqui à Clona solum Apothetum, & Schœnionia repertos prodiderunt.

Corinnus primus dicitur Iliadem composuisse carmine: suaque inde, ut ajunt, hauserit Homerus. Addunt Palamedis fuisse discipulum: ut ex Suida cognoscimus. Mihi non modo de ætate incertum est, sed etiam an fuerit. Dixi de eo in quarto de Historicis Græcis, cap. I.

Cyliscus Tragicus, quem Protogenes meditantem depinxit, ut refert Plinius lib. xxxv Hist. Nat.

Damocharis Poëtria, cuius & quædam epigrammata superflunt.

Damocrates, Servilius de arte medicâ carmine varia perscripsit: ut ex pluribus Galeni locis: item Plinii lib. xxv cognoscimus.

Daphitas, Poëta, & Grammaticus, ob maledicentiam in reges, cruci fuit affixus in Thorace Magnesiæ monte.

Demetrii Poëtæ Græci fuere complures: unus Tarsensis satyricus; alius jambicus; alius Comicus, alius denique epicus.

Demetrii Phalerei Comici, fabulam nomine Siciliæ memorat Athenæus lib. 111, ubi quatuor inde senarios adducit.

Demochares Solensis (vel Solius, Δημόκριτης ο Σόλιος) memoratur Plutarcho in vita Demetrii Poliorcetæ. Vbi refert, ut sicut Demetrio huic Lamia erat meretrice, ita & sibi Lamia foret, eoque fabulam suam Demetrium inscripserit. Mirum ejus non meminisse Lilium.

Dexicrates Atheniensis Comicus: cuius fabula νόμος ἐντὸν πλάνης, à semetipſis aberrans, sive mente abalienatus. Meminere Athenæus, & Suidas.

Dicæogenes, Tragicus, & dithyrambicuſ, Harpocratiſ, & Suidæ memoratur.

Dionysiodorus Trozenius. Ejus versus citatur à Plutarcho initio Arati. Meminit & Apollonii Scholiastes, ubi ex eo tradit κασμίλων esse Meromium.

Diony-

Dionysius, cognomento ἴων, scripsit elegiarum libros, quibus historiam xv Eroticā debet Parthenensis. Interpres Elaiten vocat ubi in Græcō ἴων, hoc est, circulator.

Dioxippus Atheniensis Comicus reliquit fabulas hasce, Philargyrum, Diadicazomenum, Historiographum, & Antipornoboscos.

Dosiadas condidit è versibus βωμὸν sive aram, à figura sic dictam. Meminit ejus Lucianus in Lexiphane. Patriā Rhodium fuisse, liquet ex Græcis Scholiis ad Ovum Sīmīæ. Primus edidit Salmasius, ac eru-
ditis Scholiis emendavit. At altera ara, quæ Theocrito solet subjungi, nec Theocriti, nec Dosiadæ est; ut eidem Salmasio ostensum.

Ecpantidis Comici ætas, si unus modo Choerilus Poëta fuissest, ex eo cognosci posset, quod famulus ei fuerit Choerilus, qui in Comœdiis scribendis adjutabat: ut est apud Hesychium in Εκκεχοιειλαμβήν. Sed fuisse Choerilos plures diximus ad Olymp. LXXXV.

Elephantis, sive Elephantine Poëtria καταλίσεις, sive varia concubitus genera descriptæ. Memoratur in Priapejis: item Martiali lib. xi r, epigr. XLIII; nec non Tatiano Assyrio adversus gentes. Spissus est er-
ror Iulii Cæsaris Capacii lib. ii Historiæ Neapolitanæ*, ubi non ^{* pag. 550.} Poëtriam, sed Poëtam fuisse existimat.

Epigenis Μηνυμάθος. Athen. lib. xi.

Epilycus Poëta Chius fuit teste Athenæo. Meminit & Suidas in Cratere.

Epinicus Comicus, cuius fabula Τρεπαλομβήν citatur Athenæo.

Euages literarum parum gnarus, sed ingenii felicitate nomen Poëtæ affecutus. De quo Dionysius in Historia Musica scripsit.

Euangelus Comicus, cuius fabula Ανακαλυπτομβήν, ut Athenæo vo-
catur lib. xiv, sive ανακαλυπτόμβην, ut dicitur Suidæ. Vide quæ de eo Athenæi loco Casaubonus annotat in Animadversionibus†.

Euanthes, Poëta Epicus, ex quo aliqua de Glauco Anthedonio, & Ariadne à Theseo relicta in Dia, Athenæus narrat in Dipnosophisticis.

Eudemus Poëta medicus, ut liquet ex Galeni lib. ii de Antidotis.

Euphron Comicus; cuius fabulæ Musæ, Synephebi, Theori, Æschra: meminere Athenæus, Suidas, Stobæus.

Euphroniusr Poëta Straboni memoratus, qui refert, multa scripsisse de Priapo, eumque à flumine dixisse Orneatem.

Euthycles scripsit Λύτων ἡ θησιγλώ, de qua Suidas: item Ατταλέ-
νίω, apud paræmiographos in βεβ, ξεδομῷ.

Euthydemus, Atheniensis Poëta quædam sua sub nomine edidit
Hesiodi.

Ezechiel, Poëta Iudæus, Tragœdiam de Mose conscripsit. Inscribitur id drama Εξαγωγή, h. e. eductio, sive liberatio Hebræorum. Antiquitatem arguit, quod meminere Clemens Alexandrinus lib. I Stromaton, & Eusebius Pamphili lib. IX Preparationis. Exstat Græce, cum tralatione, cum prosa oratione, tum versu, quæ à Federico Morello *.

Hedylogus Samius Poëta, vel, ut alii volunt, Atheniensis, Athenæo memoratur lib. IV, ubi & quædam ejus epigrammata referuntur. Mater ei Hedylo Samia Poëtria. Vti & Hedylo matrem habuit Poëtriam, Moschinæ Atticæ filiam. Hæc jambis delectata.

^{* ad. Paris.}
^{an. 1609.} Hegemon, Poëta epicus, bellum descripsit Leuctricum, quod inter Thebanos, & Lacedæmonios fuit: ut est apud Stephanum in Αλεξανδρείᾳ: quæ Trojanæ regionis urbs, & Hegemonis patria fuit. Ac videtur idem Hegemon; ex cuius Dardanicis quædam adducit Ælianus. Diximus de eo in Historicis Græcis lib. III.

Alius verò Hegemon Thasius, cognomento Φάκη, sive Lens, vel Lentulus; qui coenarum ἀναχειφάς, sive inscriptiones scripsit. Fecit & paradias, gigantomachiam, & veterem Comœdiam, nomine Philin-nam. In Comœdia viles repræsentabat personas: ut & Nicocharis Atheniensis. Testis de utroque Aristoteles libro de Poëtica.

Hegeſianax, qui aliis Ageſianax carmine reliquit, fabulas carmine reliquit: ut ex Hygino, atque aliis videre est. Versus ejus varios adducit Plutarchus libro de facie & adſpectu in Luna apparente. Quædam etiam Pausanias ex Attide ejus.

Hegias Troezenius Poëta memoratur à Pausania.

^{+ refutato-}
^{rīo.} Heliodorus Poëta, & Medicus; ut liquet ex Galepi lib. XI de Antidotis: ubi & ex ejus Σπολιλησι adducit versus plusculos memoratu dignos. Meminit ibidem Heliodori Atheniensis, Poëtæ Tragici: seu idem is, sive alius.

Heniochus, media Comœdiæ Poëta: Athenæo memoratus, & Theophilo in Lexico. Fabulas ejus recenset Suidas.

Heraclides ποιητὴς, Ἑρακλῆς γέρεαφως*: item aliis ejusce nominiis, argutus epigrammatum scriptor, sunt in XIV illis ejus nominis à Laërtio memoratis extremo lib. V.

Heraclitus Poëtalycius, cuius fuit carmen de duodecim Diis, memoratur Laërtio, lib. noni extremo.

Hermeſianax Colophonius, Poëta elegiacus, de patria Colophone egregium carmen condidit; ut ex Paulania cognoscere est. Fuit & alter ejus nominis, qui scripsit Persica. Vide quæ diximus in Historicis Græcis lib. III.

Hestiae

* Poëticus,
qua præcepta
scripsit.

Hestia Alexandrina, Poëtria, ex Demetrio memoratur Straboni.

Hyperochus Cumanus juxta nonnullos is fuit, qui carmine panxit historiam Cumanam. Ea Athenæo, & Pausanæ memoratur: ut in tertio de Poëtis Græcis ostensum.

Ibycus Rheginus memoratur Æliano lib. vi Histor. Animal. cap. li.
Item Apollonii Scholiastæ lib. i. *

Leontius Argivus Tragicus Poëta, de quo Argivus.

Lycynnius Chius Athenæus lib. xxi. Μελοποιὸν † vocat Parthenius, Erotic. qui ex eo narrationem citat xxii. * ^{Lyricum Poëtam.}

Lyceon Λυκίων mysteriorum effatu carmine complexus: ut pluribus Pausanias à Corinthiacis docet.

Lysimachus Boeotus Comicus; de quo Lucianus in Vocalium iudicio.

Lysippus Tragicus, Athenæus & Suidæ memoratus.

Leuceas Argivus Poëta carmine scripsit de gentibus, & earum institutis ac moribus: ut ex Pausania cognoscimus.

Machon Sicyonius vel Corinthius, vel Carystius, (nec enim de patria conveniunt) reliquit Gnathenam, Manian, Nico, Hippen, & Phrynen. Memorat Athenæus. Docuit vero Alexandriae. Ex eo Stratonicus acutè dicta adfert Athenæus lib. viii, cap. ix.

Manethos Mendesius, vel Diospolites, οἱ ἐπῶν *, ut ait Suidas, scripsit φυσιολογία, sive de natura, θυπηραλήκα, sive de siderum effectibus, & alia quædam αἰσρονομία, sive ad siderum scientiam pertinentiam. Credo idem ac is qui εὐ τῇ φυσικῷ θητημῷ citatur à Laërtius in procœmia. At aliis est Manethos Sebennya, summi sacerdotis Ægypti, qui temporibus Ptolemæi Philadelphi annales Ægyptios condidit. De eo dictum in Historicis Græcis lib. i, cap. xiv. ^{versibus.}

Marachus, vel Malachus Poëta Syracusanus, Aristoteli in Quæstionibus memoratur, atque ab eo tum maximè in versibus pangendis va- luisse memoratur, cum minus esset mentis suæ compos.

Marci Episcopi Hydrunti hymnus in magno Sabbatho Latinè legitur in Bibliotheca Patrum Tom. viii, edit. ii. Græcè verâ est ἀκροστίχος.

Matreas οἱ λαός οἱ λαοὶ, de cuius ænigmate dixi in Oratoriis Institut.

Matro Poëta parodiam fecit Homericam, ubi prior quidem versus: Homericus cum levicula immutatione, alter vero Matronis. Habes poëmatum apud Athenæum, venustum plane, nisi quatenus corruptum. Vide omnino de eo Casaubonum Animadver. in Athenæum lib. iv, cap. v.

Melanopus Cumanus , Poëta , ut puto , antiquus. Pausanias in Eliacis.

Menecrates Syracusius Poëta , cuius fabulæ Manestor , & Hermio-neus citantur ab Athenæo.

Menelaus Ægeus , Poëta heroicus , Thebaïdem libris duodecim condidit : ut est apud Suidam. Alius ab eo est Menelaus Anæus , Stephanus memoratus , Philosophus , & Historicus : de quo in Historicis Græcis dixi.

Metagenis duo dramata , Αὐρας , & Μαρμάκυρον .

Metagenes Comicus Atheniensis servi filius fuit. Ejus Μαρμάκυρον fabulam citat Athenæus in viii & Suidas. Aliæ quoque fabulæ ejus recensentur Suidæ : sed quædam corruptè , ut Lilius arbitratur. Eum adi.

Mnæfalces Platæensis è Sicyonia fuit , teste Strabone. Quædam ejus epigrammata apud Athenæum leguntur.

Mæro Poëtria in Neptunum hymnum scripsit. Eadem citatur Μόρη ἀνέγειραι , Mæro in execrationibus , Parthenio Erot. cap. xxvii.

Naucrates Comœdiam fecit Persidem. Athenæus lib. ix : Ναυκράτης ὁ Κομῳδομάς εἰς Πλεύσιδην *. Vbi Lilius Gyraldus , videtur Ναυκράτης legisse ; ut in Naufistrate dicam.

Naumachius , Poëta Christianus , laudatur ab Arsenio Monembusie Episcopo : qui & varios ejus versus adducit. Meminere & Erasmus , ac Lilius.

Nauficates reliquit Comœdiam Ναυκλήπες , sive Navicularores. Ter ejus in septimo meminuit Athenæus. Lilius Gyraldus Historiae Poëtarum dialogo vii t , ait etiam Persidem. Sed hic Athenæo lib. ix. Nauficates vocatur : uti proximè dixi.

Nicænetus Abderites , vel Samius , Poëta egregius , Athenæo memoratur lib. xiii , ac xv , & Parthenio in Eroticis , fabula de Biblide , & Cauno ; item de Lyrici Phoronei fabula. Lilius Gyraldus dialogo ixi de Poëtarum historia * ait etiam reliquissime historiam Indigenam , h. e. Abderiticam , vel Samiam. Quod libris de Historicis Græcis refelimus.

Nicocles Comicus Αἰαρέιος , vel potius Ιαρέιος , reliquit. Aristophani fuit æqualis. Vide de eo Casaubonum Animadversionum in Athenæum lib. viii , cap. v.

Nonnus memoratus nobis in Theodosii Iunioris temporibus.

Noftis Poëtria inter lyrics memoratur Antipatro Thessalo epigrammate notissima. Ac hodieque quædam ejus habentur.

Nothip-

* Naufrates
Comicus in
Perside.

[†] pag. 295,
edit. Basili.

[‡] pag. 130.

Nothippus Tragicus, cognomento ὄφοφαγός. Athenæo memoratur.

Olen etiam inter hymnographos fuit. Ejus hymni in Iunonem ita meminit Pausanias in Atticis: Καὶ * θύσοι τε Εἰλευθύα Δήλιοι, καὶ ὅμον
ἀδεστρούσιν Ωλῆνός. Item in Corinthiacis mentionem ejusdem hymni facit. Fecit & hymnum in Achæian: ut idem Pausanias testatur priore Eliacorum. Verba sunt: Εἶναι τὸ διάθρεψίς, οἱ Τάπερ τὸ ἀνεμονούσιον
τὸ Βορέαν, πεῶτος μὴν τὸ ὑμρωτῷ εἰς Αχαϊαν ἐποίησεν Ωλῆν οὐλύκον. Ex eodem Pausania in Phociis discimus: Ωλῆνα τὸ ἀστυ πεῶτον τὸ ἔξα-
μετρον.

* Et sacrificant Lacma Delii, &
hymnum canunt Ole-
mum.

† Οἱ οἱο-
νες, qui ho-
bitant supra
ventus bo-
ream.

+ Primus
reperisse se-
narios longio-
res, ut ver-
tit Amaz-
sus in-
terpres.
* opera ma-
ritima.

Ophelion, Poëta Comicus: de quo Athenæus, & Suidas.

Palladas Poëta Isacio Tzetzae laudatur. Ejus Epigrammata in Anthologia laudantur. Ac valde laudat P. Victorius lib. xvi Var. cap. xv. At valde ridet H. Stephanus. Nemerard est, ut in studiis etiam idem omnium sit palatum.

Pancrates, Poëta Arcas, scripsit ἔργα θυλάσσια*: unde & aliqua ad-
ducit Athenæus.

Panolbius epitaphium scripsit in Hypatiam Erythræi filiam: item carmen ad Etherium, atque alia.

Patroclis senarii aliquot sunt apud Stobæum, sermone de infperatis eventibus. Fortasse idem est ac Patrocles Thurius, de quo sic Clemens in Protreptico: Πατροκλῆς τε ὁ Θύειός, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερός εὐ τοῖσι τελεγωδίαις ἴσορετον τὸ Διοσκύρων πέρα. Patrocles Thurius, & Sophocles Iunior, in Tragediis tribus, referunt de Diosciris. Videri possit fuisse Poëta Tragicus, uti Sophocles Iunior, cui jungi videmus. Et fortasse illud de tribus Tragœdiis ad utrumque pertinet. Res foret liquidior, nisi & alii ejus nominis fuissent: ut Patrocles Geographus, Straboni memoratus lib. xi.

Petrius, vel Petridius, vel Petrichus aut Petricus (variè ea vox scripta invenitur) Plinio memoratur lib. xxix, cap. xv: Illinita & (cauca-
lis herba) contra venena marinorum faciat Petricus in Carmine suo significat. Ophiaca scriperat: unde idem lib. xx, cap. xxii: Petricus, qui ophiaca scripsit, & Miction, qui rhizatomumena, adversus serpentes, nibil hippoc-
ratæbro efficacius purant.

Phanocles, qui in Orosi, aliisque codd. nonnullis perperam Panocles vocatur, carmen reliquit de Ganymedis raptu à Tantalo: unde bellum inter Troëm, & Tantalum. Ejus versus aliquos apud Stobæum habemus.

Phædimus, Stephano teste, natus in oppido Macedoniae, cui nomen Bisanthe, Poëta fuit elegiacus.

Pherenicus Heracleota, Poëta epicus, ex quo refert Athenæus, ut Nympha quædam, inter Hamadryadas alias, genuerit Στυφύλω, sive vitem, & Σοκλῶ, sive ficum: unde & Hippoanax has dixerit sorores. Plura de eo diximus in tertio de Historicis Græcis.

Philænis Leucadia, Poëtria, descripsit varios concubitus. Nisi potius Philocrates Atheniensis eorum fuit auctor, quæ ejus nomen præferebat. Hoc quidem Philænis ajebat. Memoratur Xenophonti in secundo de Απομνημονευμάτων, & in 111 Ανθολογίας, item Suidæ.

Phillyllius poëmate jambico egit de urbibus: unde quædam Athenæus adducit lib. 111, iv, & ix. Etiam Pollux, Stephanus, & Suidas, memorant: ut dixi libro 111 de Historicis Græcis. Alius est Philyllius veteris Comœdiæ Poëta, de quo dixi cap. vi.

Philiscus Comicus hæc (ut est apud Suidam) Comœdias reliquit: Adonin, Iovis natales, Themistoclem, Olympum, Panos γρύλω, h. e. natales sive ortum, item Dianæ, adhæc Apollinis ortum. Diversus ab hoc Philiscus Thasius: qui de apibus scripsit, & quia in desertis apes coleret, *Agrinus* dictus est, ut narrat Plinius lib. xi, cap. ix.

Philostratus Atheniensis, præter vitas Pelopidæ, & Epaminondæ, etiam scripsit Theseida, teste Laërtio.

Phlegides Poëta memoratur Aristoteli de Somno & Vigilia: item Themistio.

Phoenicides Comicus, teste Athenæo & Suida reliquit fabulam Philarchum μισθίφων, sive exofsum.

Polycritus Siculorum gesta carmine heroico expressit: ut est apud Aristotelem sive alium de Admirandis auditionibus. Præcipue autem descripsit res Dionysii regis. Vide, quæ fuse de eo diximus in tertio de Historicis Græcis.

Polyeuctus Comicus pessimi nominis. Ejus Heniochos laudat Athenæus lib. ix. item Suidas.

Prodicus Phocœus, Poëta epicus Minyada scripsit, opus historiis ac fabulis refertum: unde Polygnotus quædam picturarum coepit argumenta; teste Pausania. Diverius ab eo Prodicus Ceus, Euripidis magister, ex veteribus Sophistis, qui retulit, quomodo Herculi deliberando de vita instituto Voluptas ac Virtus adstiterint, & qua usæ oratione: ut est apud Xenophonem lib. 11 Απομνημ. Ciceronem lib. 1 Off. Silium Italicum lib. xv, & Quintil. lib. ix, cap. 1.

Polymnestus, Miletii filius, Poëta Colophonius carmen orthium, vel ut alii vocant orthrium conscripsit: item quod ab eo *Polymnestium* dictum est Sminthia quoque in Rhodo cecinit, ut ex Athenæo videre est.

Ob

Ob foeditatem reprehensus ab Aristophane Equitibus: imò & Cratino memoratus; ut Suidas docet: adhæc Alcmani, & Pindaro. Atque ex his antiquitatem ejus cognoscimus. Celebrant quoque Plutarchus, & Pausanias. Nomen non inscitum. Nam *πολύμνησ*, *multis ambitus*: ut Homero * *πολυμνήστη*, ea, cuius multi sint, aut fuerint, *μνηστῆρες*, * *Odyss.* 2: *προκί*.

Polyzelus Poëta reliquit Niptram, Musarum generationem, Dionysii & Veneris, aliaque.

Promathidas Heracleota, Mincijamborum Poëta.

Ptolemæus Cytherius, Poëta epicus, scripsit de mirificis viribus herbae, quæ φαλανάρη dicebatur; ut apud Suidam legere est. Nisi, quod Lilius Gyraldus dialogo iv Hist. de Poëtis arbitratur, legi debet περικάρη, quæ eadem est, ac scolymus, teste Dioscoride. Videtur autem hic esse ille, cuius in Αγθελογίᾳ habemus epigrammata: ut lib. 1, εἰς μαθήματα, & lib. 111, εἰς Τίμωνα τὸ μισθώθεων.

Pythagelus Tragicus, Poëta Grammaticus memoratus; sed flagitious moribus, quam carmine notior.

Pythostratus Theseidos poëma conscripsit. Ejus & fratri ejus, qui fuit Xenophon Atheniensis, sed à nobili Grylli filio diversus, meminit Laertius in Xenophontis vita, ubi vii Xenophontes recenset.

Sacadas Argivus, qui strophas reperit, & chorum Doticum instituit, & secundū aliquos, endymatia. Vetustatem docet, quod ejus Pindarus meminit. Celebrant & Plutarchus ac Pausanias.

Sacas, Poëta Tragicus, teste Suida. Non meminit Lilius: nisi idem ac Sacadas, de quo proximè dictum.

Scythinus Tejus, qui Diogeni in Heraclito ὁ τὰ λαμπεῖ ποιητὴ, ubi & aduersus Heraclitum ὡντελεῖ scripsisse dicitur, Stobæo etiam memoratur lib. de Natura, & Stephano in Τέως. Vide, quæ de eodem Scythino dixi Historiæ Historicorum Græcorum libro 111.

Seleucus Tarsensis Αἰδηλικῶν libros quatuor panxit carmine: ut ex octavo Athenæi constat. Fuere & alii ejus nominis scriptores: de quibus dixi in tertio de Historicis Græcis.

Silanionis Poëtæ meminit Plutarchus libro, qui inscribitur; Quomodo oporteat adolescentem Poëtas ardire.

Simonides Carystius, vel Eretriensis, Poëta, Suida teste, descripsit conventum Græcorum in Aulide: item libros duos trimetris jambicis: adhæc de Iphigenia librum. Atque hoc etiam monitum nobis, cum de Simonide Ceo Lyrico agerem ad Olymp. xxix.

Simulus Poëta res Romanas carmine persecutus. Ejus quosdam versus

sus de Tarpeja prodente arcem Gallis (ut Poëta is scribit, cùm Sabinis dicere debuerit) refert Plutarchus in Romulo.

Sopater Parius Φλοιακοχάφος, nisi potius legendum Φλυαροχάφος: illud in cortice sribentem, hoc nugarum scriptorem significat. Comœdias ejus refert Suidas: qui & alterum memorat Sopatrum, parodiarum scriptorem, auctorem fabulæ Bacchidos etiam citatæ Athenæo: qui Poëta huic Phacii tribuit cognomen.

Spintharus Heracleotes, Poëta Tragicus, memoratus etiam Diogeni Laërtio: cuius fabulæ Semele fulminata, & Hercules ardens.

Stephanus Sabbaita, h. e. seftator B. Sabbæ. Cujus memoria celebratur à Græcis v Kal. Novembris. Stephanus is putatur esse auctor Tragœdiæ de nece Christi.

Straton, media Comœdia Poëta, cuius fabula Phoenix. Meminit Suidas. Alius ab eo Strato epigrammatis celebratus.

Sybaris Poëta fuerit, si audimus Domitianum Calderinum, hoc colligentem ex illo Martialis lib. xii, epigr. xcvi i:

Qui certant Sibaryticis libellis.

Sed merito hoc nomine reprehenditur à Politiano in Miscellaneis cap. xv.

Theodosius Tripolites carmen hexametrum de vere, atque alia, reliquit, teste Suida. Præter eum & alter est Theodosius Tripolites, cuius Sphæricorum libros i ii primus Græcè edidit Ioannes Pena Mathematicus Gallus. Ac conqueritur eum à Cnei Pompeji temporibus ad sua usque delituisse in Bibliothecis. Ait & pleraque ex eo hausta à Ptolemaeo, Pappo Proclo, Theone: quæ auctoritatem non minus, quam vetustatem ostendunt.

Theolytus Methymnæus è Lesbo Bacchica scripsit: quæ citat Athenæus. Item, secundum aliquos de Glauco vinculo ex vite vinclo à Baccho, quod vim inferre voluisset Ariadnæ in Naxo relictæ. Meminit Theolyti hujus quoque Apollonii Scholia festes in primum Argonauticon*.

* p. 45.

Theodoridas Poëta Syracusanus, cuius carmen memorat Athenæus lib. xi. Meminit & Theodoridæ Stephanus in Kápus.

Theodori Tragici meminit Laërtius.

Theodorus Colophonius carmen scripsit, quod ἔωθεν, sive quatuor anni partibus cani soleat: ut est apud Pollucem lib. iv, cap. vii.

Theophanes Episcopus Nicenus, præter libros adversus Nicenos, etiam hymnos scripsit Theodoro Prodromo memoratos. Hymnum in Annuntiationem sanctissimæ Deiparæ, habes Latinè in viii Tomo Biblioth. SS. PP. edit. ii. Est verò Græcè ἀκροστίχη.

Tima-

Timachidas Rhodius coenarum *ἀναγέαφας** fecit carmine libris xi; teste Suida: atque ex eo opere quosdam hexametros de pompilo pisce ^{*Descri-}
adducit Athenaeus.

Timocles fuere duo, ambo Comici, ut est apud Suidam. Prior Atheniensis, cuius has refert fabulas, Demosatyros, Centaurum, Caunias epistolas, Επιχαιρίκανεν, Philodicasten pugilem. Alterius has recenset: Διονυσιαζόντες, five Bacchi orgia celebrantes, Πολυπεάγμονα, Icarios, Delum, Lethen, Dionysum, Conisalum, Porphyram, quæ Xenarehi esse videatur, Heroas, Dracontium, Neæram, sic à meretricis nomine appellatam, Orestem, & Marathonios. Atque hæc hausta ait ex Athenæi Dipnosophistis. Vide quæ ad eum in lib. vii, ac ix, Calsaubonus annotavit.

Timæstheus Tragicus, cuius Tragoëdiae; Danaides duæ, Hectoris redemptio, Ixion, Capaneus, Memnon, Proci, Iovis proles, Helenæ repetitio, Orestes, Pylades, Castor & Pollux.

Xenarchus, Poëta Comicus, quam antiquus sit, ostendit, quod Aristoteli etiam memoretur libro de re Poëtica. Varias ejus fabulas referunt Athenæus, & Suidas.



INDEX

POETARVM GRÆCORVM,

Quorum nomina hoc in libro occurunt.

A.			
Baris Scytha.	15, 16	Anthippus.	85
Achæus Pythodori.	27, 28	Antilochus.	44
Admetus.	74	Antimachus Clarius.	42, 43
Adrianus Cæsar.	<i>ibid.</i>	Antimachus Heliopolita.	43
Æantides.	64	Antimachus Psebas.	<i>ibid.</i>
Ænicus.	37	Antipater Sidonius.	68, 72
Æschines Atheniensis.	53	Antipater Thessalonicensis.	72
Æschrión Mitylenæus.	55	Antiphanes Caristius.	41
Æschylus.	25, 29, 30	Antipho Ramnūsius.	42
Agathias Smyrnæus.	82	Anyte.	85
Agathon Comicus.	50	Aphareus.	44
Agathon Tragicus.	39, 50	Apollinaris.	76, 77
Agathyllus Arcas.	85	Apollodorus Carystius.	59
Agis Argivus.	55	Apollodorus Gelous.	58, 59
Alcæus Comicus.	47, 48	Apollonius Rhodius.	66
Alcæus Lyricus.	17	Apollophanes Comicus.	48
Alcander.	85	Apollophanes Epicus.	<i>ibid.</i>
Alcimenes Atheniensis Comicus.	<i>ibid.</i>	Araros Comicus.	50
Alcimenes Megarenfis Tragicus.	<i>ibid.</i>	Aratus Cilix.	63
Alcman Lacedæmonius.	13, 15	Archedicus Comicus.	57
Alcman Messeniæ.	13	Archelaus Atheniensis.	34
Alexander Ætolus.	65, 66	Archestratus.	85
Alexander Ephesiæ.	69	Archias.	69
Alexander Severus.	75	Archilochus Parius.	14
Alexis Comicus.	55	Archippus.	39
Amphias.	35, 37, 38, 40	Arctinus Milefius.	9, 13
Ammonius.	77, 78	Argnote.	22
Amphilocheus.	77	Arion Methymnæus.	16
Amphis Comicus.	47	Aristæus.	85
Anacharsis Scytha.	18	Aristarchus Samius.	67
Anacreon Tejus.	22	Aristarchus Tegeates.	31
Ananius.	85	Aristarchus Grammaticus.	<i>ibid.</i>
Anaxandrides Colophonius.	49	Aristeas Proconnesius.	18
Anaxilas.	<i>ibid.</i>	Aristomenes Atheniensis.	37, 47
Anaxipolis Thasius.	68, 69	Ariston Chius.	85
Anaxippus.	62	Aristonymus Comicus.	66
Antagoras Rhodius.	61	Aristophanes Comicus.	34, 37, 38, 40, 47
		Aristo-	

I N D E X

Aristophanes Grammaticus.	67	Cherias Orchomēnus.	18
Aristophon.	85	Chilo.	17
Aristoteles.	56	Chionides.	25
Aristoxenus Selinuntius.	15	Chœrillus Atheniensis.	22
Aristylus.	37	Chœrillus Alexandro carus.	28, 55
Asclepiades.	45	Chœrillus Lysandro carus.	28
Asius Samius.	85	Chœrillus Samius.	<i>ibid.</i>
Aspasia Milesia.	32	Christodorus.	80
Axius Auctor.	18	Chrysippus Georgicorum scriptor.	87
Astydamas.	44, 45	Chrysippus ταῦτα γεγράψατο .	<i>ibid.</i>
Astydamas Iunior.	50	Chrysippus Tyaneus.	<i>ibid.</i>
Augeas Atheniensis.	86	Cinæthon Lacedæmonius.	13
Angustus Cæsar.	70	Cleanthes.	63
Auctocrates Atheniensis.	86	Clearchus Comicus.	87
Axionicus.	<i>ibid.</i>	Cleobulina.	24, 32
B.		Cleomenes.	87
Abrias.	86	Cleophon Atheniensis.	88
Bacchylides Ceus.	51, 37	Clidemus.	<i>ibid.</i>
Batton.	86	Clonas Tegeates.	<i>ibid.</i>
Barulus.	<i>ibid.</i>	Coluthus Ægyptius.	81
Bias Priennensis.	17	Corinna.	29
Blæsus.	86	Corinnus.	86
Bæotus.	<i>ibid.</i>	Cosmas Hagiopolites.	82
Boëthius Tarsensis.	70, 72	Crantor Solensis.	53
Boiscus.	86	Crates Atheniensis.	31
Butas.	<i>ibid.</i>	Crates Mallotes.	57, 67
C.		Crates Thebanus.	56
Allias Atheniensis.	86	Crates Thriasius.	<i>ibid.</i>
Callimachus Colophonius.	62	Cratinus Atheniensis.	30, 37
Callimachus Cyrenensis.	<i>ibid.</i>	Creophylus Chius.	10
Callimachus Iunior.	67	Critias Atheniensis.	44
Callinus.	86	Cyliscus Tragicus.	88
Callistratus Atheniensis.	48	Cynethus Chius.	24
Callistus.	77	Cyrus Panopolita.	78
Caninius Rufus.	73	D.	
Cantharus.	87	Amascenus, <i>vide</i> Nicolaus Da-	
Capito Alexandrinus.	<i>ibid.</i>	mascenus.	
Capnius.		Damocharus.	88
Carcinus Agrigentinus.	49	Damocrates.	<i>ibid.</i>
Carcinus Tragicus Atheniensis.	<i>ibid.</i>	Damophila.	17
Carneades.	87	Damoxenus.	62
Cato seu Battus.	<i>ibid.</i>	Daphitas.	88
Cephisodorus.	36	Demetrius Comicus.	<i>ibid.</i>
Chæremon Comicus.	41	Demetrius Epicus.	<i>ibid.</i>
Chærophon Atheniensis.	40	Demetrius Iambicus.	<i>ibid.</i>
Charinus Syracusanus.	87	Demetrius Satyricus.	<i>ibid.</i>

N 2

Demo-

I N D E X.

Demochares.	88	Eumolpus.	8
Dexicrates.	ibid.	Eunomianus.	82
Dicæogenes.	ibid.	Ephantus Olynthius.	53
Dinolochus Agrigentinus.	27, 40	Euphorio.	35
Diocles Atheniensis.	36	Euphorion Chalcidensis.	66, 67
Diogenes Atheniensis, <i>vide</i> Oeno-		Euphron.	89
maus.		Euphroniusr.	ibid.
Dionysiades.	64	Eupolis.	35, 37, 38, 39
Dionysiodorus.	88	Euripides.	28, 29, 35, 36, 40
Dionysius Alexanderinus.	72, 73	Eusebius Scholasticus.	77, 78
Dionysius Epaietes.	89	Euthycles.	89
Dionysius Pheræus.	32	Euthydemus.	ibid.
Dionysius Euclæophon.	69	Ezechiel.	90
Dionysius Tyrannus.	42	G	
Dioxippus Atheniensis.	89	Gorgius Pisides.	82
Diphilus Synopensis.	60, 61	Germanicus Cæsar.	73
Dosiadas.	89	Gregorius Nazianzenus.	77
Draco Atheniensium Legislator.	15	H	
Dropides.	17	Hedynogus Samius.	90
E.		Hegemon Epicus.	ibid.
Ephantides.	89	Hegemon Thasius.	ibid.
Elephantis, five Elephantine.	ibid.	Hegeianax.	ibid.
Empedocles Agrigentinus.	26, 33	Hegias.	ibid.
Hōiāi Auctor.	18	Heliodorus.	ibid.
Ephippus Atheniensis.	52	Hemitheon Sybarita.	71
Ephraēm.	83	Heniocbus.	90
Epicharmus.	33, 34	Heraclides Ponticus.	57
Epibycus.	89	Heraclides Poëticus.	90
Epicrates Ambraciota.	52	Heraclitus.	ibid.
Epicurus.	63	Heraclitus Ephesus.	25
Epigenes Sicyonius.	89	Heraclitus Halicarnasseus.	62
Epimenides Cretenis.	17	Hermesianax Colophonius.	90
Epinicus.	89	Hermippus Comicus.	32, 33, 93
Eratosthenes.	66, 67	Hermodotus.	62
Erinna.	52	Hesiodus.	8, 10, 11
Euages.	89	Hestia.	91
Euangelus.	ibid.	Hipparchus.	23
Euanthes.	ibid.	Hippicus, <i>vide</i> Ibycus.	
Eubulus Certius.	50	Hipponax.	22
Eudæmon Pelusiotes.	77	Hipys Reginus.	ibid.
Eudemus.	89	Homerus.	8, 9, 10
Eudocia.	78	Homerus Innior.	65
Eudoxus Cnidius.	49	Hyperochus.	91
Euenus.	39	I	
Eucheimerus.	59	Ibycus.	21, 22
Eumelus.	11, 12, 13	Ibycus Reginus.	91
		Ioannes	

I N D E X.

Ioannes Damascenus.	82	Menecrates.	91
Ioannes Lascares.	84	Menelaus <i>Ægeus.</i>	<i>ibid.</i>
Ion Tragicus.	27	Mesomedes Cretensis.	74
Ionicus Sardensis.	77	Metagenes.	91
Iophon Gnosius.	45	Metagenes Atheniensis.	<i>ibid.</i>
Iophon Tragicus.	<i>ibid.</i>	Michaël Ducas.	83
Isaacus Antiochenus.	79	Michaël Psellus.	82, 83
Isagoras.	75	Milesius.	77
Hocrates.	44, 51	Mimnermus Colophonius.	18
Iuba.	71	Mnæfalces.	92
L.		Mnesarchus.	22
Læses Hermionensis.	23, 24	Mnesimachus.	50
Læses Magnesius.	24	Morsimus.	44
Leonardus Fortius.	84	Morychus Tragicus.	35
Leontius.	91	Moschus Siculus.	67
Lesches Lesbius.	10, 15	Musæus.	8, 81
Leuceas Argivus.	91	Musæus Grammaticus.	81
Lycymnius.	<i>ibid.</i>	Musurus Cretensis.	84
Lycon Comicus.	55	Myia.	22
Lyceon.	91	Myro Byzantia.	63, 64
Lycophron Chalcidensis.	64	Myrtillus.	53
Lycus vel Lycis.	35	N.	
Lysimachus.	91	Naucrates.	51, 92
Lyssippus.	<i>ibid.</i>	Naumachus.	92
Lysis Pythagoricus.	48	Nausicles.	<i>ibid.</i>
M.		Neophon five Neophron Sicyonius.	
Machon Sicyonius.	91	Nero Imperator.	73
Mæro.	92	Nestor Larandensis.	75
Magnes Comicus.	27	Nicænetus Abderites.	92
Manethos Mendesius.	91	Nicander Colophonius five <i>Aetolus.</i>	67, 68
Marachus.	<i>ibid.</i>	Nicochares.	37, 47, 48
Marcellus Sidites.	74, 75	Nicocles.	92
Marcus Episcopus Hydranti.	91	Nicolaus Damascenus.	71
Marianus.	81	Nicomachus Atheniensis.	36
Marinus Neapolitanus.	80	Nicophon.	47, 48
Matreas.	91	Nicostratus Comicus.	51
Matro.	<i>ibid.</i>	Nicostratus Macedo.	<i>ibid.</i>
Maximus Planudes, <i>vide</i> Planudes.		Nonnus Monachus.	79
Megalostrate.	14	Nonnus Panopolites.	<i>ibid.</i>
Melanippides Iunior.	29	Noffis.	92
Melanippides Melus.	23	Nothippus.	<i>ibid.</i>
Melanippides Milesius.	<i>ibid.</i>	O.	
Melanopus.	92	Enomaus.	45, 46
Melanthius.	46	Olen.	93
Melithus.	45	Onomas.	
Menander.	57, 58		

I N D E X.

Onomacritus.	29	Phlegides.	94
Ophelion.	ibid.	Phocylides Alexandrinus.	22
Opilius Maerinus.	75	Phocylides Milesius.	ibid.
Oppianus Cilix.	75, 76	Phœnicides.	94
Orpheus.	8	Phormus Comicus.	37
	P.	Phrynicus Comicus.	35, 40
Palladas.	93	Phrynicus Tragicus.	24
Pamprejus Panopolitanus.	80	Phylistus.	64
Pancrates.	93	Pigres, <i>vide</i> Tigretus.	
Panolbius.	ibid.	Pindarus Thebanus.	29
Panyasis.	27, 29	Pisander.	15
Parmenides Physicus.	35	Pisander Larandensis.	75
Parthenius.	70	Pittacus.	37
Patrocles.	93	Planudes.	83, 84
Paulus Cyrus Florus.	81	Plato Comicus.	30, 31, 40
Paulus Silentarius.	ibid.	Plato Tragicus.	48
Pisander.	15	Polycritus.	94
Pelagius Patricius.	80	Polyeides.	47
Periander.	17, 18	Polyeuctus.	94
Perse.	11	Polymnestus.	ibid.
Petrejus vel Petridius.	93	Polyphradmon.	24
Petrus Edissenus.	80	Polyzelus.	95
Phædrius.	93	Posidippus Comicus.	60, 62
Phalaridis Epistolæ.	16	Posidippus Epigrammatum scriptor.	60
Phanocles.	93	Pratinus Phliasius.	25
Pherecrates.	38, 39	Praxilla.	31
Pherenicus.	94	Proclus Lycius.	79
Philænus.	ibid.	Prodicus.	94
Philemon.	58	Promathidas.	95
Philemon Iunior.	ibid.	Ptolemaeus Alexandrinus.	74
Philetærus.	50	Ptolemaeus Cytherius.	95
Philetas Cous.	53	Pythangelus.	ibid.
Philicus.	53	Pyrhostratus.	ibid.
Philippides.	54		
Philippus.	52	Q	
Philiscus.	94	Vinctus.	80, 81
Philistion Locrus.	40	R.	
Philistion Prusaensis.	ibid.	Hiaaus Benzus.	67
Philitus, <i>vide</i> Philicus.	36	Rinthon Tarentinus.	61
Philocles Comicus.	70	Rufus Ephesius.	73
Philodemus Gadaræus.	37	S.	
Philonides Atheniensis.	94	Sacadas.	95
Philostratus.	47	Sacas.	ibid.
Philoxenes Cytherius.	36	Sannyrion.	37
Philyllius Comicus.	94	Sappho Eretria.	16
Philyllius Iambicus.		Sappho Lesbia.	17
		Schy-	

I N D E X.

Schytinus Tejus.	95	Theano Locrensis.	22
Seleucus.	ibid.	Theano Metapontina.	ibid.
Serapio Atheniensis.	73	Theano Pythagorica.	ibid.
Sibyllius.	32	Thearus.	38
Sibyllina Carmina, 1, 2. qui , quot & quando eorum vixerint auctores,	3, 4, 5, 6, 7, 8	Theocritus.	61
Silanio.	95	Theodectes.	36, 51, 52
Simmias Rhodius.	59	Theodonis.	70
Simonides Amorginus.	14	Theodoridas.	96
Simonides Caristius.	14, 95	Theodorus Colophonius.	ibid.
Simonides Ceus.	14, 20, 23, 28, 29	Theodorus Tragicus.	ibid.
Simonides Iunior.	34	Theodosius Tripolites.	ibid.
Simonides Magneſius.	14, 67	Theognes Megarenſis.	21
Simulus.	95	Theognis Nix.	36
Socrates.	36, 45	Theoclytus.	96
Solon Legiſlator.	17	Theophanes Lesbius.	69
Sopater Parius.	96	Theophanes Nicenus.	96
Sophilus Sicyonius:	61	Theophilus Epidaurus.	41
Sophocles.	26, 29, 34, 40	Theopompus Comicus.	50, 51
Sophocles Iunior.	47	Theophrastus.	58
Sophron Comicus.	63	Thēpis.	18, 24
Sophron Mimographus.	28, 63	Tiberius Cæſar.	73
Sosicles Syracusius.	28, 53	Tigretus.	52
Sositheus.	68	Timachidas Rhodius.	97
Soterichus Oasites.	73, 76	Timesitheus.	ibid.
Spintharus Heracleotes.	96	Timocles.	ibid.
Sthenelus.	42	Timocles Atheniensis.	ibid.
Stephanus Comicus.	61	Timocreon Rhodius.	28
Stephanus Sabbaita.	96	Timon Phliasius.	62, 63
Stesichorus.	16	Timotheus Gazzæus.	80
Stesimbrotus.	29	Timotheus Milesius.	46, 47
Straton.	96	Titus Cæſar.	73
Stratis.	39, 45	Tribonianus Sidetes.	82
Sybaris.	96	Triphyllius.	76
Synesius.	78	Tryphylodorus.	81
		Tyrtæus.	15
T.			
Teauges.	22	X Enarchus.	97
Telectides.	34	Xenoclidæ.	52
Teleſilla.	31	Xenophanes Colophonius.	21
Teleſtes.	47	Xenophanes Heracleopolites.	ibid.
Terpander.	15	Z.	
Thales Mileſius.	17	Z Enodotus Ephesiſus.	61

F I N I S.

GERARDI IOANNIS VOSSII

D E

VETERVM POETARVM
TEMPORIBVS
LIBER ALTER,
QUI EST
DE POETIS LATINIS,

CAPVT I.

De temporibus quibus honos Poësios crevit apud
Romanos.

A Gracis Poëtis ad Latinos venio: qui fortasse rudia
Poësios elementa non alteri debent genti: attamen
quin justam Poësin à Gracis acceperint, minimè am-
biguum est.

Vnde vates Venusinus:

Gracia capta ferum victorem cepit, & artes

Intulit agresti Latio: sic horridus ille

Defluxit numerus Saturnius, & grave virus

Munditiae pepulere —

Atque huc etiam pertinent, quæ subjungit:

Seruš enim Græcis admiravit acumina chartis,

Et post Punica bella quietus querere cœpit,

Quid Sophocles, & Thespis, & Æschylus, utile ferrent.

Quomodo vero intelligi debeat, quod ait, Romanos poësin didicisse
a Græcis victis, & post bella Punica, h. e. secundo: jam geri cœpto,
meliùs intelligetur ex iis, quæ posthac dicam.

Hosce Latinos in duo tempora dispresco. Prius incipit ab urbis
nisi pol

Aa

2 D E P O E T I S

incunabulis, sequo extendit ad poësin quasi extinētam; sepultamque. Posterioris incipit à poësi quasi ab Orco revocata: quod factum quatuor abhinc seculis. Prioris temporis quinque sunt etates: puerilis, crescens, adulta, decrecens, decrepita. Prima sub Regibus fuit, ac deinceps, usque ad finem primi belli Punici. Quippe Romanos nec antiquissimos temporibus planè fuisse apertos, arguunt hymni Salares, & alii, qui obtinuere à temporibus Numa Pompili.

Quintilianus lib. I, cap. xvii: Versus quoque Saliorum habent cārmen. Que cūm sint à Numa rege instituta, faciunt manifestū, ne illis quidem, qui rudes ac bellieosi videntur, curam Musice, quam illa recipiebat, atq; defuisse. Satis indicat, fuisse versus, sed rudes & ligretes,

— quales olim vates Faunique canebant.

Qualis eorum fuerit lingua, vel ex iis paucis possit intelligi, quæ adferimus lib. iv Oratoriarum Institut. cap. I, sect. vii, quæ est de obsoletis.

Etiam in legibus XII Tabularium interdicitur carmine malo.

Hoc est, tum carmine magico, ut qād incantabant fruges alienas; quemadmodum ex Phazio contra lib. xxviii, tum famulo, quod quis alterius famam & vitam coinquiaret: ut quicquid est Cicero lib. IV de Rep. Arnobius lib. IV. Augustinus ex Cicerone lib. XI de Cūl. Dei cap. IX, ut Iurisconsultos veteres mittam. Verum his in locis carmen non est iustum poëma, sed cantiuncula.

Etiam vivendi præcepta carmine complebantur.

Quod respiciens Tullius ait in secundo de Legg. Disciplinae pueri XII, ut cārmen necessarium.

Moris quoque erat, ut in cōsideriis vel affiōnacē, vel fidibus, aut tibiis canerent, carmine in lātēne majoram.

* In Aja. Hinc Varro apud Nomum * ait in secundo de vita populi Romani: In cārmitia pueri madasti, nec cārmen cōmītūs atque, in quibus ludicra erant majorum, & affa voce, s̄ cārmitate. Fidibus eadem discimile, indeat Fabius lib. I, cap. xvii: Veterum quoque Romanorum epulis fides ac tibiis adhibere moris fuit. De cārmitate hoc in thesēis canī solito eriam loquitur

loquitur idem Tullius ex Catonis Originibus, in i^o Tus. Quæst. & libro de claris Oratoribus: verba ejus sunt *Carmina multis seculis ante suam etatem in epulis esse cantata de clarorum virorum lantibus.*

Atque hac de puerili atate: venio ad crescentem, sive quando justum etiam poëma dari cœptum. Serò admodum Romani sacratissima, secretissimaque illa Musarum penetratio ingressi sunt: nec nisi Olympiadis CXXXV an. I, sive primo post bellum primum Punicum anno: h. e. Vrbis Conditæ I^o xiv, quando Livius Andronicus primus fabulam docuit C. Claudio Centone, & M. Sempronio Tuditano Coss. ducentis annis antequam per Maronem & Horatium poësis suam consequeretur perfectionem.

Cicero in Bruto: *Hic Livius primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano Coss. docuit, anno ipso antequam natus est Ennius: post Romanam conditam autem quartodecimo* & quingentesimo, ut hic (Pomponius Atticus in Annalibus) ait, quem nos sequimur. Agellius lib. XVII, cap. XXI: Pace cum Preni facta, Coss. Claudio Cembone, Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius & Poëta fabulas docere Romæ & M. Licetipit, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum, & sexaginta; post Menandri, annis circiter quinquaginta duobus. Adde, ccxxi ante excessum Maronis: qui Horatii mortem antecessit novennio.*

Livii hujus exemplum quinquennio post consecutus Cn. Naevius, qui bello Punico primo militavit, & ejus belli historiam reliquit: varias item fabulas docuit, ac primam quidem anno Vrbis I^o xix.

Agellius lib. xxvii, cap. xxii: *Eodemque anno (quingentesimo undevicesimo) Cn. Naevius Poëta fabulas apud populum dedit. Quem M. Varro in libro de Poëtis primo, stipendia fecisse ait bello Punico primo: idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. Cæterum Naevius etiamnum Poëtarum extremis temporibus belli Hannibalici, quo tempore & Plautus fabulas dabat. Hoc ita esse, liquet ex ipso, optante illis, ut prosperaret bellum hoc Punicum, quod victi Poeni luant poenas. Naevium autem tum fuisse, indicant versiculi isti* de eo in carcerem conjecto:*

Nam os columnatum Poëta inesse audiri barbaro,

Aa 2

Cui

* Milite
Glorioso act.
2. sc. 2.

Cui bini custodes semper totis horis accubant.

Dixi de istoc in Oratoriis Institut. lib. iv, cap. x, sect. iii. Triennio ante pacem Poenis redditam, excessit: quod fuit M. Cornelio Cethego, & P. Sempronio Tuditanus Coss. Quicum & convenit tempus quod his verbis assignat B. Hieronymus in Chronico Eusebii: *Olympiade CXLIV Nævius Comicus Uticæ moritur, pulsus Româ factione nobilium, ac præcipue Metelli.* Est is annus, quo P. Scipio in Africam traje-
cit. Plura de Nævio dixi in opere de Historicis Latinis lib. i, cap. ii. Ea repetere nihil attinet. Atque ex hisce videre est, cur etsi rudia quædam initia poësios fuerint mox à primo bello Punico: ob incremen-
tum tamen illustre, quod mox cœpit bello Annibalico, Porcius Lici-
nius scripserit serius Poëticam cœpsisse. Ejus hosce versus adducit Agel-
lius lib. septimodecimo cap. ult.

*Punico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem feram.*

Cœpit verò hoc bellum anno Vrbis I^o xxxvi, P. Cornelio Scipio-
ne, & Tito Sempronio Longo Coss. Pax data Poenis anno I^o li,
Cn. Cornelio Lentulo, & P. Ælio Pæto Coss.

Mortuo jam Nævio clarescere Roma cœpit Quintus Ennius.

Eum ex Cicero & Agellio, diximus natum anno Vrb. I^o xiv,
C. Mamilio Turrino, & Q. Valerio Faltone Coss. Quadragenarius in
Sardinia vixit, atque istic M. Porcius Prætorem docuit Græcas lite-
ras: ut est apud S. Aurelium Victorem lib. de Viris illustribus cap.
XLVII. Id fuit anno Vrbis I^o l, L. Cornelio Lentulo, & P. Villio
Tappulo Coss. Anno proximo, T. Quintio Flaminino, & S. Ælio
Pæto Coss. è Sardinia à Catone Romanum est deductus. Cum LXVII an-
num ageret annalem xii scribebat: ut ait Agellius lib. xvii, cap. xxii.
Obiit verò Q. Marcio Philippo, & Cn. Servilio Cœpione Coss. ut ait
Tullius in Bruto, & de Senectute. Quo tempore fuit septuagenarius:
ut ex iisliquet, quæ de natali ejus antea adduximus. Id fuerit totis an-
nis xiv post mortem Plauti. Hieronymus Enni mortem refert uno
anno post, quam Cicero facit; nempe non ad Olymp. CLII annum iv,
sed Olymp. CLIII annum i. Sic enim ad eum annum scribit: *Ennius
Poëta septuagenario major articulari morbo perire: sepultusque in Scipionis
monumento, viâ Appiâ intra primum ab Urbe miliarium. Quidam ossa ejus
Rudiam ex Ianiculo translata affirmant.* Alia etiam quædam de Enni,
quæ reponere nihil attinet, dixi lib. i de Historicis Latinis cap. ii.

Iisdem

Iisdem temporibus claruit P. Licinius Tegula: de quo dubium, idemne sit ac Licinius Imbrex, Poëta Comicus.

P. Licinius Tegula anno Vrbis conditæ IO LIV carmen scriptis à ter novenis virginibus decantandum, ubi antea factum ab Livio Andronico. Livius Patavinus lib. XXI: *Carmen præterea ab ter novenis virginibus cani per urbem jussérunt. Et mox: Carmen, sicut patrum memoria Livius, ita tum condidit P. Licinius Tegula.* Videri possit idem esse ac Licinius Imbrex, antiquus Comœdiarum scriptor. Siquidem Imbrex est incurvum genus tegulæ: unde Plautus Mostell. act. II, sc. VI: *Quod meas confregisti imbrices, & tegulas.* Quasi dicat imbrices, & tegularum alias. Glos. Philox. *Imbrex, καλυπτηρε.* Itaque & Poëtam eundem censet Glandorpius in Onomastico Romano. De Imbrice sic Agellius lib. XXXI, cap. XXI: *Licinius Imbrex vetus Comœdiarum scriptor, in fabula que Næra inscripta est, ita scribit:*

*Nolo ego Næram te vocent, sed Nerienen;
Cum quidem Marti es in connubium data.*

Vbi ne in jambico prima sede sit trochæus, pro *Cum quidem*, malim *Quandoquidem*. Præterea ne sic sede tertia sit trochæus trajectis vocibus malim, *es Marti*. Vel hoc pacto: *Quandoquidem in connubium Marti es data.* Est verò hic Licinius ille, cui inter Comicos quartum locum tribuit Volcatius Sedigitus, apud eundem Agellium lib. XV, cap. XXIV:

Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.

Ita legendus is versus è Mso. In Stephanicâ, claudicat versus ob defectum vocis *detur*. Quam habet etiam Lilius dialogo VIII. Meminit & hujus Poëtæ Cicero ad Atticum primo de Finibus, & libb. de Divinatione, ac Festus Pompejus in *Imbrex*, ubi hoc ait esse Comici nomen: item in *Obstitutione*: sed istic vocatur C. Licinius Imbrex. Fortasse igitur diversus fit ab illo Livii Licinio Tegula, qui ab eo *Publius* vocatur.

Fuere etiam tum Cæcilius Comicus, & M. Pacuvius Tragicus.

Cicero in Bruto: *Mitto C. Lælium, P. Scipionem. Etatis illius ista fuit laus, tanquam innocentia, sic Latine loquendi; non omnium tamen: nam illorum æquales Cæcilius, & Pacuvius male locutos videmus.* De iisdem sic in Chronicô Hieronymus ex Tranquillo.

Olymp. CL, an. II, Statius Cæcilius Comœdiarum scriptor clarus habetur, natione Insaber Gallus, & Enni primum contubernalis. Quidam Mediæ laxensem

Ianensem ferunt. Mortuus est anno post mortem Enni, & juxta Ianiculum sepultus. De eodem sic Agellius lib. iv, cap. xx: Statius servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille Comædiarum Poëta inclitus servus fuit: & propterea nomen habuit Statius. Sed postea versus est, quasi in cognomentum: appellatusque Cæcilius Statius. In Cæciliis fabulis Aſotus fuit: quod nomen & fabulæ sua fecerat Euthycles Comicus, & è Latinis Ennius. In iisdem Synaristulæ; teste Agellio lib. xv, cap. xv. Quomodo & è Græcis fabulam inscriperant Crates, ac Menander. Sed & alias plurimas fabulas: quarum nomina ac fragmenta collegit Robertus Stephanus. Quamquam verò Cicero, ad Atticum scribens, malum vocet Latinitatis auctorem: Volcatius tamen Sedigitus inter Comicos ei dat principatum.

De Pacuvio sic in Chōnico Hieronymiano: *Olymp. CLVI, an. IIII:*
Pacuvius Brundisinus, Tragœdiarum scriptor, clarus habetur: vixitque Romæ, quoad picturam exercuit, ac fabulas vendidit. Deinde Tarentum transgressus prope nonagenarius diem obiit. Fuit vero Pacuvius ex sorore Enni natus: qui avunculi vestigis insistens, artem Poëticam scenæ gloriâ fecit clariorem, ut ait Plinius lib. xxxv Hist. Nat. cap. iv. Fuit in fabulis ejus Orestes, sive Dulorestes. Meminere Festus ac Nonius. De eadem apud Ciceronem in dialogo de Amicitia sic loquitur C. Lælius:
*Qui clamores tota cavea nuper in hospitis mei, & amici M. Pacuvii novafa-
bula, cum ignorantे Rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut
pro illo necaretur: Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse perseveraret?* Stantes plaudebant in re facta: quid arbitremur in vera facturos fuisse. Acta Romæ anno Vrbis I^o c xxiv, C. Sempronio Tuditano, & M. Aquilio Nepote Coss. Etiam in ejus fabulis *Epistola*: quomodo & Euthy-
cles antea fabulæ nomen dederat ἀσωτε sive θησαλῆς.

Pacuvio aliquanto junior Attius fuit; sic tamen, ut eodem aliquanto tempore fabulam docuerint.

Cicero in Bruto: *Attius iisdem ædibus ait, se & Pacuvium docuisse
fabulam, cum ille, LXXX, ipse XXX.* Conferamus cum istis, quæ Petrus Crinitus scribit lib. i de Poëtis Latinis, cap. v: *Pacuvius paulo senior,
fuit L. Attio, & in iisdem ædibus, ut refert M. Cicero, fabulas docere, pau-
cis quidem annis interposuere.* Videlicet Crinitum decepere corrupti Ci-
ceronis codices; in quibus ædibus scriptum esset pro ædibus. Ex Ædi-
bus iis sine dubio fuit P. Licinius Crassus Mucianus, qui ædilis curu-
lis fuit anno Vrbis I^o c xiv, C. Lælio Sapiente, & Q. Servilio Cæ-
pione Coss. Est is, qui habuit rerum bonarum maxima & præcipua quin-
que;

L A T I N I S.

que; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod Iurisconsultissimus, quod Pontifex Max. ut ex Sempronio Asellione Agelius refert lib. x, cap. xiiii. Praeterea, contra quam scribit Crinitus, neque hoc dicit Cicero, paucos fuisse annos interposito, inter tempus, quo Pacuvius prius, ac postea Attius doceret: sed scribit eodem anno docuisse: et si Attius foret totis l annis junior. Adi & Agelium lib. xiiii, cap. ii: item Hieronymum in Chronico, num. M D C C C LXXXVIII. Hujus verba sunt: *Olymp. CLX Lucius Accius Tragædiarum scriptor clarus habetur natus Mancino & Serviano Coss. parentibus libertinus: & seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit; à quo & fundus Accianus juxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex Urbe deductus.* Inter alias fabulas *Nuptias* docuit; uti & Pomponius, ac Laberius: atque ante hos Diphilius *Ramus*, ut est apud Athenæum lib. vi. Docuit quoque Mercatorem, ut ex Varrone constat: credo Diphili & Philemonis exemplo, qui εὐπόροις edidere. Attius hic familiaris fuit D. * Iunio Bruto Callaico, qui anno Vrbis 15 cxxii Popillio Lanate, & P. Rutilio Coss. de Lusitanis, & Callaicus triumphavit, & templum à se ex manubiis consecrata Poëta Attii versibus exornavit: ut refert Cicero pro Archia, & in Bruto: item Valer. Maximus lib. viii, cap. xiv.

D. non A.
ut corrupte
est in Velleji
libris.

Attilium quoque circa hæc tempora vixisse arbitror. Cujus Electram Suetonius adducit in Iulio cap. LXXXIV.

Casaubonus tamen pro Attili Electra reponit Attii: sed, ut agnoscit, contra omnium codicum fidem. Quod nolim factum: præsertim cum Electram Sophoclis ab eo Latine redditam clare dicat Cicero in primo de Finibus: ubi & Licinii de hoc Poëta judicium memorat. *A quibus, inquit, tantum dissentio, ut cum Sophocles vel optime scripsisset Electram, tamen male conversam Attili milia legendam patem: de quo Licinus:*

*Ferreum scriptorem opinor; verum scriptorem tamen,
Ut legendus sit.*

Sic Licinius verba in metrum redigere oportet, ut fiat lesquitrochaicus. Sunt qui legant, verum ex scriptore ramen. quia, ut præcessit, descripsit Sophoclem. Sed nihil opus mutato: cum sententia sit. Est scriptor durus, nec eò tamen non referendus in numerum scriptorum, cum legi mereatur. Videlicet verso Licinii judicium suum firmat Cicero, quia dixerat, etiam Attilium, et si malum interpretem, sibi legendum videri. Ut vero Licinius ferreum appellat, ita & durissimum Poëtam nuncupat Cicero ad Att. lib. xv, epist. xxiiii. Tragicum istuc nominari ait Lilius Gyraldus: quod est μυημονεύ αράγμα. Tragicus tamen fuisse videri possit, quia argumentum de Electra Tragicum sit.

Attamen,

Attamen, quæ ex eo Cicero citat ad Atticum scribens, quæ item adducunt Varro, & Macrobius, magis redolent sacum, quam Tragicum. Et, quod caput est, Volcatius Sedigitus, apud Agellium lib. xv, cap. xxiv, eum Comicum statuit, interque Comicos decem, locum ei tribuit sextum. Sed credo, Tragoediam quidem Sophoclis verterit: in Comico vero argumento suopte usus sit ingenio.

Vixit ex Pacuvii Attique, Plautus. nempe extremis aliquot annis belli Punici secundi, sive Annibales, ac proximis XVII.

Nec enim possum assentire B. Hieronymo in Chronicis: qui sic scribit ad an. r. Olymp. cXLVI: *Plautus ex Umbria Sarasinis Roma morisitum, qui propter amorem difficultatem ad molas matuarias pistorem se locaverat. Ibi, quod ab apero vacasset, scribere fabulas solitus, ac vendere. Is annus erat Vrbis condita. Id iy: quo Consules erant P. Sulpicius Galba Max. & C. Aurelius Cotta. Id ab Hieronymo ex Tranquillo exscriptum ait Scaliger in Animadversionibus. Sed difficulter credo ita scripsisse Tranquillum. Nam annis post xi i. i superfluisse, ex Cicerone cognoscimus, qui auctor est in Bruto, mortuum anno Vrbis cLX LXXV, P. Claudio Pulcro, & L. Porcio Licino Coss. hoc est, Olymp. cXLIX, an. r.*

Plauto vel par, vel suppar fuit Cn. Aquilius, Poeta Comicus, memoratur Varroni lib. v de L. L.: *Accensum solitum cicere, Boetia ostendit, (quam Comediam Aquila esse dicunt) hoc versu:*

Vbi primum accensus clamavit regidam.

Ac magni lane nominis fuerit, cum quedam eius Comœdij tribute fuetint Plauro, si eidem Varroni creditimus. Qua de re sic Agellius lib. III, cap. lxx: *Præter illas unam & regunt, que Varronianæ vocantur, quas iccirca a ceteris segregant, quoniam dubios & non erant, sed consensu omnium Plauti esse censabantur, quasdam item alias probavit (Varro) adductus stylo atque facie verborum Plauti congruentis, easque jam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit, sicut ultro quam reverente legebamus, cui est nomen Boetia. Nam cum in illis una & regunt nos haec esse Aquilam dicatur, nihil tamen Varrus dubitavit, quin Plauti foret.*

Puto & tum fuerit M. Acuricus, cuius erant quedam Comœdij, quæ Plauti Sarisinatis creditæ. Hac de re ita Varrro libro de Comœdij Plautinis: *Nam nec Gemini, nec Leones, nec Condidiom, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Boetia unquam fuit, nego adeo A. deo ex Gr. yisque Comœdiores, sed M. Acurici. Miror vero Varronem hic negare Boetiam esse Plauti, eamque M. Acurico tribuere, cum idem non dubitanit, quin*

Plautina

Plantina foret, ut est apud Agellium. Eum vide lib. III, cap. III. Nisi forte duo fuerint Comici, quorum uterque scripsit Boeotiam. Miror quoque Varronem de Commonentibus abiisse à Terentio, cuius illud in prologo Adelphorum:

*Synapothnes contes Diphili Comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulan.*

Fuerit & circa hæc tempora Plautius Comicus: quando à Varro lib. de Comœdiis Plautinis (ut Agellius ait lib. III, cap. III) scriptum est, *Plautum fuisse quempiam Poëtam Comœdiarum. cuius quoniam fabula PLAVTI inscripta forent; acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non à Plaute Plautina, sed à Plauto Plautiana.*

Item tum claruit in Satyra Lucilius.

Pacuvio, & Accio; florentibus viguisse, docet Vellejus Paterculus lib. II, & Quintilianus lib. XVI, cap. XXI. *Natus Lucilius Olympiad. CLIII, ut apud Hieronymum in Chronico est ex Suetonio. Ac ibidem legas Olymp. CLXIX Neapoli mortuum, anno ætatis XLVI, ac publico funere elatum. Magnus fuit magni Pompeji avunculus; ut testis est Porphyrio. Bello Numantino sub Scipione Africano militavit. Primus Satyram induxit. In qua est magna usus libertate, si non nimiâ. Culpatum jam olim, quod Græca miscuerit Latinis. Vide Horatii lib. I, sat. X, & quæ istic interpres annotarunt. Porro non indigni consideratione sunt octo de Lucilio versus, qui in aliquot MSSis codicibus vulgaris ejus Satyræ initio præponuntur. Eos non apponam, quia ex Lambino peti possunt. Omnia sunt valde antiqui, quicquid dicat Lambinus.*

Iisdem temporibus summus honor Terentio fuit.

Nempe floruit medio tempore inter bellum Punicum secundum, ac tertium. Obiit vero decennio antequam tertium coepit: quâdere sic B. Hieronymus in Chronico Eusebiano: *Olymp. CLV, an. III, Publius Terentius Afer Comœdiarum scriptor ob ingenium, formam, libertate donatus in Arcadia moritur, qui primam Andriam antequam Edilibus venderet Cæcilium multum se miranti legit. Quæ exscriptis est Tranquillo in Terentii vita. Recte vero eum, cui recitatum, Cæcilium vocent, mox dicam. Ex eadem interim cognoscere est, quosdam putare juniores: nempe aequalis P. Scipionis Africani minoris, & Lælii Sapientis. Vide Tranquillum in vita ejus Donato tributa: sed falso, cum in vita fine disertum dicatur, *Hez Suetonius Tranquillus.* Quæ verba satis clarè docent consequentia de Terentio Libone, item de Comœdia, & Tragœdia esse*

alterius scriptoris: Donati puta, nisi malis Cornuti, vel Asperi.

Terentii Comœdiae hoc actæ sunt ordine.

Anno Vrbis I^o LXXXVIII, C. Sulpicio Gallo, & M. Claudio Marcello Coss. Andria est acta, M. Fulvio, & M. Acilio Glabrone ædilibus Curulibus. Ac prius iussus est Terentius recitare eam ædili Acilio: qui eam plurimum admiratus fuit. Apud Tranquillum in vita Terentii *Cæcilio* pro *Acilio* perperam legitur: erroremque eum fecutus est Petrus Crinitus. Sed Cæcilius nobilis Poëta Comicus biennio ante deceserat, anno post Ennii mortem, L. Paullo 11, & C. Crasso Coss.

Anno Vrbis I^o LXXXIX, T. Manlio Torquato, & Cn. Octavio Nepote Coss. Sexto Julio Cæsare, & Cn. Cornelio Dolabella ædilibus Curulibus primum acta est Hecyra: sed avocatus ab ea populis introductis pugillum & funambulorum spectaculo: ut ex prologo Hecyra cognoscimus.

Anno Vrbis I^o xc_i, Ti. Sempronio Graccho, & M. Iuventio Thalna Coss. L. Cornelio Lentulo Lupo, & L. Valerio Flacco ædilibus Curulibus acta est Heautontimorumenos Terentii.

Anno Vrbis I^o xc_{ii}, M. Valerio Messalla, & C. Fannio Strabone Coss. L. Postumio Albino, & L. Cornelio Albino ædilibus Curulibus, actæ sunt Terentii Eunuchus, & Phormio, sed illa Megalensibus, hæc Romanis ludis.

Anno Vrbis I^o xc_{iv}, L. Anicio Gallo, & M. Cornelio Cethego Coss. à filiis L. Æmilii Paulli dati sunt ludi funebres: quibus Adelphi dati sunt. Eopse anno, secundò ab iisdem data est Hecyra: sed neque tunc peragi potuit propter gladiatorum exspectationem: ut ipse indicat Poëta. Ergo eopse anno ab ædilibus Q. Fulvio Nobiliore, & L. Marcio Censoribus, tertium data, ac tum peracta est.

Creditus vero Terentius adjutari in Comœdiis ab C. Lælio, qui postea dictus Sapiens, & P. Cornelio Scipione Africano Æmiliano. Horum prior fuit filius illius Lælii, qui familiaris Africano erat superiori: ipse itidem familiaris Scipioni Æmiliano: vir ingenio doctrinâque polleens poësi etiam & oratoriâ egregius, Diogenis Stoici in adolescentia, posteaque Panætii auditor. Scipio autem Æmilianus, usque adeo familiaris fuit Poëtæ, ut Valgini, & Memmius scripserint eum, Scipionis fabulas edidisse pro suis. Adjutum se ab duobus illis nec ipse negat, partim quia sic erat, partim quia non ingratum iis hunc esse rumorem sciret. Vide Poëtam ipsum in prologo Adelphorum, & Tranquillum in Poëtæ vita.

Anno Vrbis I^o cxv, Cn. Cornelio Dolabella, & M. Fulvio Nobiliore Coss. Terentius à nonnullis esse in Arcadia mortuus dicitur. Sue-

tonio

tonio in ejus vita testante. Marianus Scotus, nescio quos fecutus auctores, in Achaia mortuum ait quadriennio post: nempe anno 1090⁹, P. Cornelio Scipione Nasica ~~pp~~, & M. Claudio Marcello 11 Coss.

Terentii etate fuerunt Quintus Fabius Labeo, & M. Popilius Consulares viri, ac Poeta.

Quos Santra à Terentii intelligi putabat, cùm loquitur de iis, à qui-
bus in scribendo adjuraretur. Auctor Suetonius in vita Terentii Dona-
to perperam tributa.

Luscius, Poëta Comicus, Terentii æqualis. Fabulam docuit Thesau-
rum: cuius argumentum adfert Donatus in Eunuch. Est is cui Volca-
tius Sedigitus in censione Comicorum nonum dat locum, hoc versu:

Nono loco esse facile facio Luscium.

Ait Gyraldus, eam domum, quæ publice ædificata fuit Antiocho re-
gis filio obsidi, postea Poëtæ Lusci fuisse. Sed apud Alconium*, qui * in Pison.
id ex Attici haurit annalibus, non *Lusci* legitur, sed *Luci*, ut habet edi-
tio Haganoensis an. clc 10 xxxv; vel *Lucilius Poëta*: sicuti est in opti-
ma Hottomanni editione. Et verisimilius posterius hoc, quia Lucilius
fuit eques Romanus, magnus Pompeji avunculus; ut tantæ ædes ei
magis convererint. Qui Poëtam hunc non *Luscum* vocant, sed *Lu-*
cium: falluntur: quia hoc Lucius est prænomen: sed Luscius gentili-
tium. Nam & L. Luscius Ocrea Senator fuit, de quo Cicero pro
Q. Roscio: & L. Luscio, centurio Syllanus, de cuius damnatione
Alconius ad orat. in toga candida contra L. Anton. & L. Catil. com-
petitores.

Etiam tam floruit Turpilius Comicus.

Qui, ut ex Tranquillo in Chronicis Hieronymus refert, *senior admo-*
*dum Sinuellæ mortuus Olymp. CLXIX, quæ ipsa excessisse Lucilium di-
cebamus. Turpilius Thrasyleonem citat Nonius. In hac fabula fecutus*
est Menandrus: ex cuius Thrasyleonte quædam citat Arpocratio:
Turpili Fugitivos ac Leucadios laudant Varro, Nonius, alii. Eam fe-
cerat exemplo Alexidis, cuius Λευκαδιον ή Δερετόν citat Athenæus
lib. 111. Idem transstulit Alexidis Demetrium. Ex ea sunt ista apud
Nonium: *Anτεά si flabat aquila, aut austor, in opia Erat piscati.* Hæc, ut
Casaubono t' obseruatum, sunt expressa ex his Alexidis:

Πρόπερον μὴ εἰ ποδοσει βαρβάρος, οὐ γάτη.

Ἐν τῷ Ἰωλάθῳ λαμπτέος, ιχθὺς τὸν ἐνην.

+ lib. 8
Animad-
versum
in Atho-
natum cap. 4.

Anno Vrbis 1090⁹, ac deinceps claruit C. Lucilius, eques Ro-

* *Vellejus*
lib. 2.
manus, Africano Ämiliano, sub quo ad Numantiam militavit*, ac C. Lælio, & Persio familiaris. Patria ei Suessa Pometia, Auruncorum oppidum: unde *magnus Aurunca alumnus* dicitur Juvenalis sat. 1. Natus Olympiade CLVIII; ut est in Chronicis Hieronymi. Planè verisimile est, per hunc Poëtam Lucilium familiam factam esse Senatoriam, quod censet Sebastianus Corradus. Sanè Lucilia mater Cn. Pompeji Magni Senatoria stirpe prognata fuit: ut est apud Vellejum†. Hæc verò patrum habuit Lucilium Poëtam: itidem Lucilium dictam, sororem Poëtæ Lucilii: ut Lucilius Cn. Pompeji fuerit avunculus magnus: sicut est apud veterem Horatii interpretem, lib. 11, sat. 1. Atque ibidem propter natales hosce Lucilii fatetur se Horatius infra Lucilii genus esse. *Satyræ primus insignem laudem adeptus*: ut est apud Quintilianum lib. x, cap. 1. *Iccirco primus condidisse, stylis nasum* dicitur Plinio in Praefat. Hist. nat. Etiam Comœdiam reliquit, ut est apud Porphyriōnem in artem Poët. Horat. *Nummulariam* appellat Fulgentius de Prisco sermone. Etiam ejus Epodos hymnos citat Nonius in *Eugium*. In Hieronymi Chronicis legas Olymp. CLIX, Neapoli mortuum annos natum XLVI, & publico funere elatum. Fragmenta ex triginta ejus Satyrarum libris collegit notisque illustravit, Franciscus Douza *Jani filius*.

Olymp. CLXIX, an. 11: *M. Furius Poëta, cognomento Bibaculus, Cremonæ nascitur*: ut est in Chronicis Hieronymi.

Eadem Olympiade an. 111, h. e. anno ab V. C. sexcentesimo quinquagesimo Confules fuere C. Marius IV, & Q. Lutatius Catulus: quorum hic Poëta fuit, ut liquet ex versibus ejus in primo de Nat. Deorum, & Agellii lib. xix, cap. ix. Sunt verò impudici: eoque à Plinio etiam inter lascivos Poëtas refertur lib. v epistola ad Aristonem. Vide quæ diximus lib. 1 de Historicis Latinis, cap. ix.

Eodem tempore floruit A. Furius Antias: quippe Q. Catuli, de quo proximè dictum, familiaris: ut ostendunt hæc verba Ciceronis in Bruto: *Ex eo libro, quem (Q. Catulus) de consulatu, & de rebus gestis suis conscriptum misit ad A. Furium Poëtam familiarem suum*. Veterem Poëtam vocat Agellius. Macrobius verò in vi Saturnalium ostendit, multa ab eo mutuatum esse Virgilium. Alius ab eo M. Furius Bibaculus; de quo inferius dicetur.

Fuere iisdem temporibus, C. Titius, Poëta Tragicus, & imitator ejus Afranius, qui in Togatis, & Atellanis excelluit.

Cicero in Bruto: *Eiusdem fere temporis fuit eques Romanus C. Titius; qui, meo iudicio, eò pervenisse videtur, quo potuit fere Latinus Orator sine Græcia*

Græcis literis, & sine multo usu pervenire. Hujus orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut penè Attico stilo scriptæ esse videantur. Eisdem Tragœdias satis quidem ille acutæ, sed parum tragicè transtulit. Quem studebat imitari, L. Afranius Poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus. Afranium hunc fuisse Terentio juniores iste ejus versus ostendit, honoris sanè plenissimus:

Terentio non similem dices quempiam.

De eodem est hoc Horatii in Arte:

Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.

Menandro inquit, quia Comicus Comici sibi proposuit exemplum. Velleji etiam Paterculi est lib. i: *Dulcesque Latini sermonis facetiae, per Cecilium, Terentiumque, & Afranium, suppari etate floruerunt.* Etiam Quintilianus est lib. x, cap. i: *Togatis excellit Afranius.* Quam insulfum igitur apud Agellium est judicium Volcatii Sedigitii de decem Comicis, ubi Afranium ne nominat quidem, cum meminerit etiam Attilii, qui Ciceroni *durissimus* fuisse dicitur, eoque & Licinio *ferreus* est vocatus. Fallitur vero Antonius Delrius, cum & Afranium in Tragicis recenset. In egregio hoc Poëta nihil æquè culpandum, quam mores. Unde Quintilianus loco ante memorato: *Vitam non inquinasset argumenta puerorum faedis amoribus, mores suos fassus.* Pertinet eodem hoc Ausonius * de pathico Philoctetæ morbo, deliciarum Herculis:

Præter legitimi genitalia fœdera cœtus

Repperit obscenas Veneres vitiosa libido,

Herculis hæredi quam Lemnia suæfis egestas,

Quam toga facundi scenis agitavit Afrani.

Alii quoque partem iisdem, partim securis fuere temporibus, qui ad crescentem pertineant etatem. Alii item in lucem tum editi, penes quos poësios postea principatus fuit. Claruere autem Novius, & Pomponius, Atellanarum scriptores, Titus Quintius Atta, Togatarum scriptor.

Eusebii verba adferam.

Olymp. CLXXI: *Titus Lucretius Poëta nascitur: qui postea amatorio poculo in furorem versus, cum aliquot libros per intervalla insanie scripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit, anno etatis quadragesimo-quarto.* Hæc ille. Ad idem tempus resero Q. Novium, Atellanarum scriptorem: cuius complura à Nonio Marcello adducuntur. Nam par ei, vel suppar Pomponius, suppar Mummius: de quibus sic Macrobius lib. i Saturn. cap. x: *Mummius post Novium, & Pomponium,*

nium, diu jacentem artem Atellaniam suscitavit. De Pomponii verò ætate sic Eusebius Olymp. CLXXXIII, an. I, L. Pomponius Bononiensis Atellana-
rum scriptor clarus habetur. Fuisse vero Pomponium inter Novium, &
Mummiuum; colligo ex Macrobi lib. I, cap. x. Verba jam attulimus.
Fabulam scripsit Adelphos; ut & Terentius, ac è Græcis Menander,
& Hégesippus. Item fecit Aleones: quibus videtur expressissime κυριακή^{τελείωσις}
Alexidis. Diversus planè est à Pomponio consulari Poëta: de quo in
Caji, & Claudi Cæsarum temporibus dicam.

Fuit & tum L. Plotius, qui teste Tullio, carus fuit C. Mario, quia
gesta sua ab eo celebrari posse arbitraretur.

Sequitur apud Hieronymum.

Olymp. CLXXXIII, an. II, C. Valerius Catullus, scriptor Lyricus, Veronæ
nascitur.

Vbi pro Lyrico mallem epigrammatum scriptorem dixisset. Vide quæ
de Catullo hoc dicam ad Olymp. CLXXX, an. IV.

Olymp. CLXXII, an. III, five anno Vrbis Iο C LXIV, L. Iulio Cæ-
sare, & P. Rutilio Lupo Cost. ædilis curulis fuit. C. Iulius Cæsar Stra-
bō, ut eum Paternulus, & Tranquillus vocant. Orator fuit, sed minimè
vehemens, sed ut Cicero ait in Bruto, nemo lepore, nemo suavitate condi-
tior. Atque ut ibidem subjungit, ex ejus Tragœdiis lenitas sine nervis per-
spici potest.

Olymp. CLXXII, anno IV, five ab V. Cond. an. Iο C LXV, Cicero
vertit Aratum: nempe anno ætatis XVII: unde id à se, admodum ado-
lescentulo factum ait lib. II de Nat. Deor. Etiam Cicero tum, vel cir-
ca id tempus, nempe dum apud Scævolam juri operari daret, carmine
tractavit res gestas municipis sui Marii septies consulis. De quo opere
Scævola dicebat, Canescet seculis innumerabilibus. De hoc labore ejus dixi
lib. I Histor. Latin. cap. XI. Fecit & de consulatu suo carmine libros
tres; ut dicam Olymp. CLXXX.

L. Cornelius Sylla, Imperator Romanus, scripsit οὐνέκας Κωμῳ-
^{† Satyricas}
^{Comedias,}
^{patria five}
^{Romana lin-}
^{* ridiculas.}
δίας τῇ πατερία φωνῇ †, ut ait Athenæus lib. VI. Atque idem inibi ex
Nicolai Damasceni historiarum lib. XXVI narrat, usque adeo delectatum
fuisse mirmis ac γελῶνοιο *, ut iis agri publici multa donaret: ju-
gera. A Plutarcho in ejus vita narratur etiam versus fecisse, cum Athene-
nas obsideret. Quod fuit Olymp. CLXXXIII, an. IIII.

Olymp. CLXXIV, an. III: P. Terentius Varro vico Atace in Provincia
Narbonensi nascitur: qui postea XXXV annum agens Græcas litteras cum sum-
mo studio didicit. Vide Olymp. CLXXXIII, an. II:

Olymp. CLXXV: Titus Quintius Attæ scriptor Togatrum Rome mo-
ritur: sepultusque viâ Praenestina ad miliarium secundum.

Perpe-

Perperam pro eo , quinario omisso , apud Gyraldum legas Olymp. CLXX. Meminit præter Grammaticos Horatius. Sequitur deinde apud Hieronymum.

Olymp. CLXXVI 1, an. 111, (ut est apud Hieronymum) *Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, hanc prout à Mantua nascitur Pompejo & Crasso Coss.* Similiter planè Donatus live alius , in Vita Virgilii . Est is annus Vrbis conditæ I o c LXXXIV , quo Cicerò Verrem repetundarum postulavit. Vide de eodem Olymp. CLXXX, an. 111.

Eodem anno , nempe Pompejo , & Crasso Consulibus , creditur decessisse T. Lucretius. Quod si est obierit anno ætatis xxvi . Nam natus Olymp. CLXXI, an. 11, ut superius diximus, h. e. an. Vrbis I o c LIX . De mortis genere ex Hieronymo dictum ad Olympiadem proximè memoratam.

Dedicavit Lucretius poëma suum C. Memmio , Lucii filio , viro doctissimo , ac iisdem cum Lucretio præceptoribus usq;. Is post male obitam Bithyniæ præturam à Iulio Cæsare accusatus , sed à judicibus ut videtur , absolutus , postea accusatus fuit ambitus , & licet à Cicerone defendetur , condemnatus , in Græciam exulatus fuit. Non modò Orator fuit , de quo Cicero in Bruto , sed etiam Poëta ; sed parum severus : unde de eo Ovidius in 11 Tristium :

*Quid referam Ticiæ, quid Memmi carmen, apud quem
Nomen adeſt rebus, nominibusque pudor?*

Etiam ut in poësi durior reprehenditur apud Agellium lib. xix, cap. ix.

Olymp. CLXXVII, an. 111, sive anno V. C. I o c LXXXV , cum Cæcilio Metello Cretico Consul fuit. Q. Hortensius , qui cum de Eloquentia cum Cicérone certamen fuit. Præterquam quod summus fuerit orator , idem etiam scripsit poëmata : sed lasciva , ut ex Ovidio in Elegis scimus , & Agellio lib. xix, cap. ix.

Olymp. CLXXIX, an. 111, sive Vrbis Conditæ an. I o c xc1 , Consul fuit M. Cicero : cuius tempore floruerunt M. Valerius Cato , & M. Furius Bibaculus. Cato reliquit Lydiam , & Dianam . Vide , quæ de eo in illustribus Grammaticis retulit Tranquillus. Atque ibidem de eo versus legas Furii Bibaculi . Vti & hoc in Orbiliū Grammaticum :

Orbiliū ubinam est literarum oblivio.

Eiusdem Furii est :

Iupiter bibernas canâ nive conspuit Alpes.

Dura sane tralatione : unde Horatius *nepos d'ā?w* sit lib. x, sat. v.

Furius bibernas canâ nive conspuit Alpes.

Diximus de hoc in Oratoriū Institutionum lib. iv, cap. vi, sect. x.

Porrò

Porrò proximè ante versum adlatum præmiserat Horatius :

— *Seu pingui tentus omao.*

Vnde cognoscimus Furium hunc fuisse obesum, & vilibus se obso-
niis solitum explere. Vt cunque verò eum rideat Horatius, fuisse tamen
Poëtam non malum & eo colligimus, quod sæpius eum imitatus sit Vir-
gilius : ut tradit Macrobius lib. vi Saturn. cap. i. Vbi legas ex vi
Annal.

Quod genus hoc hominam Saturno sancte create?

Et primo :

Interea Oceanus linquens Aurora cubile.

Et decimo :

Rumoresque ferunt varios, & mulae requirunt.

Ac ibidem :

Confirmat dictis simul, atque exfuscat acres

Ad bellandum animos, reficitque ad prælia mentes.

Agellius quoque ex eo hæc adducit lib. xviii, cap. x :

Sanguine diluitur tellus, cava terra luctescit.

Omnia noctescunt tenebris caliginis atra.

Increscunt animi, virescit vulnere virtus.

Sicut fulca levis, volitat super æquora classis.

Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

Quo magis in patriis possim opulescere campis.

Vt Catullum, sic Bibaculum contumeliosa in Iulium Cæsarem car-
mina scripsisse, Suetonius, & Tacitus, sunt auctores. Est vero hoc Fu-
rius diversus à Furio Antiate, de quo dictum Olymp. clxix. Adi &
quæ attuli in Historicis Latinis lib. i, cap. xii.

Ciceroni æqualis, ut notum, T. Pomponius Atticus : cuius vitam
elegantissime descripsit Cornelius Nepos. In ea legas : *Attigit quoque
poëticen, credimus, ne ejus expers esset suavitatis. Namque versibus, qui ho-
nore rerumque gestarum amplitudine cæteros Romanos populi præsticerunt,* ex-
posuit : ita ut, sub singularum imaginibus, facta, magistratusque eorum non
amplius quaternis, quæmisque versibus descripsisset. quod vix credendum sit,
tantas res tam breviter potuisse declarari. Obiit annos natus LXXVII C. Do-
mitio, & C. Sosio Coss. h. e. anno Vrbis Icccxxi, anno uno ante An-
tonium cum Cleopatra ab Augusto victam. Plura de eo diximus in Hi-
storicis cùm Græcis, tum Latinis.

Olymp. clxxx, an. ii, Cicero conjectus est in exilium : ante quod
tempus jam tres libros scriperat versibus de consulatu suo : sed, post-
quam ab exilio rediit, limavit, ac publici juris fecit. Quâ de re diximus
in primo de Historicis Latinis, cap. xi. De versu ab eo Arato egi

Olym-

Olympiade CLXXXI I. Vbi & de Mario septies Consule: cuius res gestas itidem carmine exaravit.

Quincti Ciceronis versus xx de XII signis hodieque supersunt in veterum poëmatiis *.

Olymp. CLXXX, an. IIII, ut est apud Hieronymum in Chronicis, Virgilius Cremonæ studiis eruditur. Est is annus Vrbis I^c xcvi, quo Consules fuere Gabinius, ac Piso, Cicero in exilium ejectus.

Olymp. CLXXX an. IV, ut Hieronymus, inquit, Catullus trigesimo octavis anno Roma moritur. Nempe Lentulo, & Metello Coss. quibus Cicero ab exilio revocatus.

Catulli ætate fuere tres hi mali Poëtae Cæsius, Aquinius, & Suffenus. Vnde ipse, cum Saturnalibus à Licinio Calvo accepisset quosdam in eptos Poëtas, quos ille à Sylla literatore accepisset; dicit se simili merce velle eum remunerari.

Nam si luxerit, ad librariorum

Curram scinia. Cæsios, Aquinos,

Suffenum, omnia colligam venena,

Ac te his supplicius remunerabor.

Cæsii est versus iste, sane ineptus:

Has res ad te scriptas Luci misimus Eli.

Aquinii, ut mali Poëtae, meminit Tullius in Tusculanis. De Suffeno est epigramma Catulli ad Varum. Nec enim Muretum audio, qui Fuenum legit.

Iisdem ac Cicero temporibus claruit Varro: sed Cicerone paulo antiquior fuit. De natali enim Varronis sic Hieronymus in Chronicis ad Olymp. CLXVI, an. I: *M. Terentius Varro Philosophus, & Poëta nascitur.* Id sit anno Vrbis I^c xxxviii. Ac postea ad Olymp. CLXVII, an. IIII ait: *Cicero Arpini nascitur, matre Helvia, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere. Cn. Pompejus Magnus oritur.* Hoc sit anno Vrbis I^c XLVII. Ut Varro decennio antecesserit Ciceronem ac Pompejum. Ac sub Pompejo idem inter duces fuit bello adversus piratas, coronaque rostrata ab eo donatus. Hoc fuit Olymp. CLXXVIII, an. II, sive Vrbis conditæ an. I^c LXXXVI, quo Consules erant C. Calpurnius Piso, & M. Acilius Glabrio. Tum Varro annorum erat quinquaginta: Pompejus, ac Cicero, quadraginta. Quam verò Ciceroni fuerit amicus, præter alia ostendit, quod uti Varro Ciceroni libros de L. E. dedicavit: ita Cicero ad Varronem misit libros Academicos: ut de compluribus ad eum epistolis taceam. Ex variis Varronis poëmatiis fragmenta supersunt, præcipue ex satyris, Menipeis. Habes & varia ejus epigrammata in Appendice Virgiliana, quam Scaliger collegit:

item in Collectione Epigrammatum veterum, quae prodiit cura Petri Pythœi. Sedulò verò distinguendum inter duos Varronem, hunc tectorum doctissimum, illum patria Atacinum: quorum poëmatia vides à multis confundi: quandoque etiam à Lilio Gyraldo, ut in isto Atacini:

*Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Catō parvo,
Pompejus nullo: credimus esse Deos?*

Vitam Varronis scripsit M. Vertranius Maturus: sed satis jejune. Non luserit operam, qui majoris sit eruditioñis atque industria, si melius mereri hac parte volet de doctissimo, si non Græcorum quoque, saltem Romanorum.

Hæc Hieronymus. Ex iis verò, quæ de Catullo, ac Marone, proxime diximus, liquet Poëticè magis, quam verè, scribere Martialem:

*Sic forsitan tener ansus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.*

Vbi per paſferem σωενδοχην intelligitur totum poëma: nempe ab initio, quia primum epigramma foret de passere. At nunquam Catullum Maroni sua misse, liquet ex ætate Virgilii, quam diximus. Iccirco Martialis addidit forsitan. Sic deinde pergit Hieronymus:

Olymp. CLXXXI: *Virgilius summa togâ Mediolanum transgreditur, & post breve tempus Romanum pergit.*

Anno sane XVI summisse hanc togam in Virgiliana Donati vita legas. Atque hoc etiam arguit, non ejus tum ætatis fuisse Maronem, ut ei Catullus sua mitteret carmina.

Eiusdem Olymp. CLXXXI, anno 111, sive Vrbis conditæ anno Iccc, claruit Dec. Laberius. Eo quippe anno scripsit Cicero epistolam Trebatio, quæ exstat in sexto epistolarum: ubi ait, si non augeat rem suam apud Cæsarem, satius esse ut Romam revertatur, ne vacuus rediens rideatur à Laberio, & Valerio. Nempe eo respicit, usque ad eodum esset dicax. Laberii hi mimi ab Agellio memorantur, Rector, Salinator, Scripturæ: à Charisio autem hi: Aquæ, Aries, Augur, Cæculi, Crevus, Tuscus: à Nonio Annales, Aquæ caldæ, Aulularia, Belbum, Calli, Carcer, Catularium, Centenarium, Xæpe, Cithera, Compitalia, Croplum, Finalia, Fullonica, Imago, Lacus Avernus, Macchus, Nuptiæ, Panilica, Paupertas, Primum, Sedigitus, Sorores, Tucca, Tulus, Virgo. Elegantissimos versus, quos fecit à Publio Syro victus, apud Macrobius habes in Saturn. Nec tamen multum placuit Horatio: quemadmodum indicant hæc verba sat. ult. lib. 11:

Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque carera: (de Lucilio sermo est) nam sic.

Et

Et Laberi mimos, ut pulcra poëmata mirer.

De morte ejus dicam Olymp. CLXXXIV.

Hisce etiam temporibus claruit Albinus, non quidem A. Posthumius Albinus, qui Consul fuit anno I o c i t , cum L. Licinio Lucullo, ac res Romanas Græcè scripsit: sed alias, qui res Romanas carmine cecinit Latino. Hic enim scripsit post maximas res à Pompejo gestas: ut indicant tres hi versus ex primo rerum Romanarum libro adducti à Prisciano lib. vii :

Ille cui ternis Capitolia celsa

Sponte Dæsim patnere, cui freta nullare postos

Abscondere finis, non tutæ mœnibus urbes.

Quæ intelligenda de triplici Pompeji victoria ex tribus mundi partibus, ex Africa de Iarba, ex Hispania de Sertorio, ex Asia de Mithridate, ac piratis. Hosce duos Albinos, quos Gesnerus confundit, distinximus etiam in opere de Historicis Græcis lib. i, cap. xx, & de Historicis Latinis lib. i, cap. vi.

C. Helvius Cinnæ Smyrnam scripsit, poëma obscurum ac difficile, quod interpretatus Crassitus Grammaticus. Vnde illud epigramma :

Vni Crassitio se credere Smyrna probavit.

Definite indocti commibio hanc petere.

Soli Crassitio se dixit nubere velle.

Intima cui soli nota sua extiterint.

Etiam tetraстichon ejus de Arati poëmate descripto in malva apud Isidorum habemus.

C. Licinii Calvi est illud in Cn. Pompejum :

Magnus quem metuunt omnes dígito caput uno

Scalpit. Quid credas hunc sibi velle? Virum.

Dixi de hoc epigrammate lib. iv Institutionum Oratoriarum.

Macer, ab scriptore Βοτανικῶν diversus Iliaca scripsit, sed Homero præterita. Vide Scaliger, ad Euseb. *

* p. 157.

C A P V T I I .

**D e temporibus, quibus maxime viguit poësis
apud Romanos.**

Atque hæc tenus de rétate poësios crescente. Nunc ad æxplu-
de ventum, quam incipiimus à Iulii Caesaris dictatura, quan-
do claruit Catullus: terminamus vero in media Tiberii prin-

cipatu: sub quo & Ovidius deceperit.. Dicam de iis, qui interea floruerunt. Quales Laberius, Publius Syrus, Cornificius.

Exsequar de singulis. Cæsar *provaçia* imperii rapuit Romani Olympiadis CLXXXI I I, an. I.

Ipsum verò Iulium non summo modo Imperatorem fuisse, sed egregium quoque Oratorem, ac Poëtam, cognoscere est ex veteribus. In Terentium sex ejus versus hexametros refert Tranquillus in Terentii vita: quæ perperam tribuitur Aelio Donato. Suetonius in Iulio cap. LVI, ait reliquise præterea poëma, quod inscribitur Iter, & fecisse dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem quarto & vigesimo die pervenit. Postea subdit adolescentulum etiam fecisse Tragoediam Oedipum: sed vetuisse Augustum publicari in epistola ad Pompejum Macrum, cui ordinandas Bibliothecas delegaverat. Tum etiam cùm à piratis captus esset, carmine scripsisse, eaque prælegisse piratis auctor est Plutarchus. Quæ sanè magnum poëtios amorem ostendunt. Est & ejus hoc distichum:

Feltria perpetuo nivium damnata rigore,

Forte mihi post hac non adeunda, vale.

Tum claruit Valerius Soranus, ut cognoscere est ex eo, quod ejus, ut hominis familiaris, meminit M. Cicero in Bruto; quem ea ipsa Olympiade, qua Dictaturam invasit Cæsar, paullo ante mortem Catonis, conscripsit. Adferam ipsa Tullii verba: *Q. & D. Valerii Sorani, vicini, & familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quam docti & Græcis literis, & Latinis.* Ex Sorano hos versus adduxit Varro lib. de cultu Deorum:

Jupiter omnipotens regum rex ipse, Deumque

Progenitor, genitrixque Deum, Deus unus, & omnes.

Quæ dicta ex Stoicorum opinione. His enim usum est Naturæ numen, si mundum attendas universum. Sed multa sunt numina, quatenus variae mundi partes replentur spiritu divino. Sed de istoc satis in opere de Theologia gentili.

Iulio Cæsari amicissimus fuit Cn. Mattius, vir, ut Gellius vocat, doctissimus, mimiamborum Poëta, Varroni, Agellio, Terentio Mauro, Nonio, & Prisciano, memoratus. Sed saepius nomen est corruptum, ut mox phanius fiet. Scriptus mimiambos suos seazonte Hippo næcteo. Ex iis est istoc:

Iam jam albicassit Phœbus & recentatur,

Commune lumen omnibus voluptasque.

Item illud:

Quapropter edulcare convenit vitam,

Curasque acerbas sensibus gubernare.

Aliaque

Aliaque apud Grammaticos. Præterea carmine reddidit Iliada Homeri, ut Odysseam multò antea Livius Andronicus. Plusculis hoc exemplis comprobatum Scaligero in iisdem Conjectaneis. Ex septimo Iliadis est istoc :

Dum det vincenti præcepis victoria palmam.

Sed in editione Aldina pro *Cn. Mattium* est *Trimatium*. Itaque Mariangelus Accursius vocat Poëtam *Trimatium*: idem ejus exemplo facit Elias Vinetus ad primum Aufonii epigramma. Imò Gyraldus in *doctrinaria sua de Poëtis* historia dialogo iv, memorat *Trimatium* inter Poëtas Latinos. Glandorpius quoque in *Onomastico Romano* *Trimatum* nuncupat. Quid memorem aliquos, antecedentium gregem incautè sequentes. Sed ecce apud Priscianum in septimo ex *Cn. Manlio* citatur istoc :

— Celerissimus advolat Hector.

Itaque & *Cn. Manlius Gyraldo* est in Poëtis Latinis. Sed apud Priscianum *Cn. Mattius* legere convenit : ut liquet ex memoratis.

Etiam Nummitus Crassus à Lilio reponitur in Poëtis, qui Iliada scripserint. Ex ejus operis lib. xxxii Priscianus in ix adducit, secundum codices quosdam :

Nam non connivi oculos ego deinde sopore.

In Mso nostro est *Ninnius Crassus*. Et profectò vel *Ninnius*, aut *Ninnius Crassus* dictus est, vel *Cn. Mattius* rescribendum. Diximus de isto in tertio de Analogia cap. xxi. De *Ninnio* nunc etiam magis placet : eumque signavit Cilnius Mæcenas istoc ad Horatium Poëtam * :

Ni te visceribus meis Horati

Plus jam diligo ; tu tuum fidalem

Ninnio vides strigiforem.

* apud Suetonium in vita Horatii, à Nemmo edita.

Vbi quidam libri *Mimo*, alii *Namio* : utrumque metro reclamante. Nempe *Ninnius*, ejusdem temporis Poëta, risus fuerit ob macilentiam : atque eò respexerit Mæcenas. Quamquam non ignoro legere aliquos, *Hinno me vid. str.* *Hinnus* verò idem ac *bisuleus*, sive *inuleus* : de quo in Originum libris.

Iulii Cæsaris tempore claruit Hostius, qui bellum Istricum carmine descripsit. Vnde Macrobius existimat Maronem quædam hausisse. Plura de eo diximus lib. i de Historicis Latinis, cap. xvii.

Olymp. CLXXXIIII, an. II, sive anno Vrbis Icccvi, quo Cæsar bellum in Ægypto confecit, ac Pharnacen devicit in Ponto, Varro Atacimus, anno ætatis xxxv, Græcis dat operam literis : ut ex iis liquet, quæ superius dicebamus. Itaque ante non possit scripsisse libros quatuor Argonauticōn: in quibus Apollonii Argonautica ita expressit, ut

alieni operis non aspernandus interpres fuisse Quintiliano visus sit. Præterea verò belli Sequanici libros carmine concipit. Item Europam. Plura de eo diximus in Historicis lib. I, cap. xvi.

Olymp. CLXXXIV, anno II, post excessum Laberii, mimorum bonos omenis penes P. Syrum fuit.

Qua de re sic Hieronymus.

Olymp. CLXXXIV, an. II: Laberius Mimorum scriptor decimo mensi post C. Iulii Cæsaris interium Paseolis moritur.

Publius Mimographus, natiōne Syrus, Roma scenam senec.

In Eusebio Scaligeri cædes Iulii Cæsaris refertur ad Olymp. CLXXXIV, an. II: sed perperam, cùm occisus sit an. I. At mors Laberii, quæ contigit initio anni sequentis, pertinet ad an. II. Nempe Olympias CLXXXIV, anno uno, culpâ puto typographi, iustum nunc tempus anticipat.

Eodem anno II, Hirtio & Pansa Conf. nati duo Poëtæ incliti Ovidius, & Tibullus. Sanè uterque se natum ait,

Cum cecidit fato Confūl uterque suo.

Quod de aliis Coss. intelligi nequit.

Eopse anno, ut apud Hieronymum est, *Cornificius Poëta à milibus destitutus interiit, quos sepe fugientes galatos lepros appellaverat. Hujus soror Cornificia, cuius exstiam insignia epigrammatum.*

Non dubium verò, quin idem sit Cornificius, ac obtrectator ille Virgilii, de quo in vita ejus apud Donatum. At non æquè apertum, idem ne sit ac ille, de quo conqueritur Catullus in epigr. aut ad quem Ciceronis exstant epistolæ, vel cuius sunt Rhetorica ad Herennium, falsò attributa Ciceroni.

Eiusdem verò CLXXXIV Olympiadis, anno IIII, ad Philippos perire Brutus, & Cassius: nempe anno Vrbis I CC XII, M. Emilio Lepido, & L. Munatio Plancus Coss. Post hanc Philippensem victoriariam triumvirorum iussu veteranis agri sunt divisi trans Padum: sed Afinius Pollio, Alfenus Varius, & Cornelius Gallus, Virgilium præstitere indemnum: ut apud Donatum est in vita Maronis. His igitur, ut se guttum præstaret, Bucolica aggressus est, eò lubentius, quod argumentum antea suscepimus difficultate deterret; ut ipse indicat in Sileno.

Octavius Augustus, ut de eo ait Tranquillus in ejus vita cap. LXXXV, Poëticam summatis attigit. *Vnus liber exstat scriptus ab eo hexametris versibus, cuius & argumentum, & titulus est Sicilia. Exstat alter æquè modicus Epigrammatum, quæ fere tempore balnei meditabatur. Nam Tragediam ma-*

gno

quo impetu exorsus, non succedente stylo, abolevit: querentibusque amicis, quidnam Ajax ageret, respondit, Ajax sum in spongiam incubuisse. Hexastichon ejus mollissimum de se, & Fulvia adducit Martialis lib. xi, epigr. xxii. Sed non sunt Augusti in Virgilium versus, qui dicuntur.

C. Asinius Pollio Orator, ac Consularis (Consul fuit anno Vrbis locc xiii) scriptor fuit Tragoediarum Latinarum, sive prætextorum: quas carmine scripsit jambico trimetro. Vnde Horatius sat. x, lib. ii:

— *Pollio regum*

Facta canit pede ter percusso. —

Atque idem od. i, lib. ii, quæ est ad hunc Pollionem:

Paulum severæ Musa tragœdia

Desit theatris.

Nova, mirandaque ejus carmina etiam celebrat Maro Ecloga iii: ubi & Servius monet, Pollionem hunc Tragoediarum, & historiarum fuisse scriptorem. De Dalmatis triumphasse, ac octogenarium in villa Tusculana obiisse, ait Hieronymus in Chronicis. Varia ejus dicta celebrantur. Ut illud ad Augustum, rogantem, ut secum ad bellum proficeretur Actiacum: *Mea in Antonium merita majora sunt: illius in me beneficia notiora. Itaque discrimini vestro me substraham, & ero preda victoris.* Item cùm Augustus in eum scripsisset Fescenninos: *At ego taceo: non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.* Etiam ut Pollionis accepisse se ait Plinius: *Commode agendo factum est, ut sæpe agerem: sæpe agendo, ut minus commode.* Nempe quia facile agendo amittitur bene dicendi facultas.

Cassius Severus Parmensis, unus fuit percussorum Cæsaris, ac sicuti ex iis primus poenas dedit Trebonius, ita postremus eorum Cassius iste: ut proditum Vellejo Patrculo, & Orosio lib. vi, cap. xix. Bruto Cassioque vicit, fecutus est Sex. Pompejum. Hinc Antonium, cuius legatus multa fortiter gessit: de quibus Plutarchus, & Appianus *. * lib. 3 bellum civile.

Antonio devicto Q. Varum misit Augustus, ad eum interimendum. Is cum studentem reperisset eum combussit cum scriulis, & libris, in quibus multa de parte adversa, (ut vehementis erat ingenii) acerbè admotum scripsérat. Hinc sic de eo Horatius sat. x, lib. i:

— *Amet scripsisse ducentos*

Ante cibum versus, totidem canatus: Etrusci

Quale fuit Cassi rapido ferventius anni

Ingenium: capsis quem fama est esse, librisque

Ambustum propriis. —

Aliorum tamen judicium Varrum hunc è Cassi libris Thyestem Tragoediam

goediam abstulisse , ac pro sua edidisse : qua de re sic vetus Horatii interpres in illud lib. i , epist. iv ad Tibullum :

Scribere , quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

Hic (Cassius) aliquot generibus stylum exercuit : inter quæ opera elegi , & epigrammata laudantur. *Quinctius autem Varus ab Augusto missus*, ut cum interficeret , studentem reperit , & , perempto eo , scrinium cum libris tulit : unde multi crediderunt , *Thyestem Cassii Parmensis fuisse*. Scripsit enim nuleas alias Tragedias. Verum non si Thyestæ autor non sit , eo hinc fuerit allegandus. Nam , ut Fabius ait lib. x : *Cornelius Severus* , etianam versificator , quam Poëta , melior ; si ad exemplum primi libri bellum Siculum perscrississet , vindicaret sibi iure secundum locum. Nisi pro Siculum hic rescribi debet civile : quæ conjectura est Iosephi Scaligeri in Animadversionibus Eusebianis. De ingenii verò vehementia quod diximus , etiam liquet ex Horatio & interprete veteri od. vi , lib. Epodon. Epistolam ejus ad Antonium citat Plinius lib. xxxi , cap. ii. Versus ejus de Orpheo in Brutis repertos primus edidit Achilles Statius Lusitanus : suisque in Suetonium de claris Grammaticis Notis subtexuit. Sed iis adfentio , qui carmen id genuinum negant , ac tentandi gratia ab ipso Achille Statio scriptum arbitrantur. Alia etiam adferrem : sed malum adiri , quæ in Historicis Latinis dixi lib. i , cap. xxii.

Gracchus quoque Vario , de quo paullo ante dictum , æqualis , Poëta itidem Tragicus. Imò uterque Thyestem scripsit. Vnde Ovidius in ultimo de Ponto :

Cum Varius Gracchusque darent fera dicta tyrauno.

Vbi per tyrannum signat Thyestem. Ex Gracchi Thyeste versum citat Priscianus in vi.

Codrus Poëta fuit , quo tempore Bucolica scripsit Maro. Laudat Eclog. vii :

Nymphæ , noster amor , Libethrides aut mibi carmen ,

Quale meo Codro , concedite . Proxima Phœbi

Verbis ille facit . Vbi sic Servius : *Codrus Poëta ejusdem temporis fuit ; ut Valgus in Elegis suis refert . At planè diversus ille Codrus sub Domitiano , Poëta infelix , qui Theseida scripsit : unde Iuvinalis sat. i :*

— Vexatus toties ranci Theseide Codri.

Maroni itidem æquales , sed infelices Poëtæ , Bavius , Mævius , Anser. De quibus Maro ipse in Eclogis : Servius cum alibi , tum in Ecl. vii.

Triumvirorum item temporibus , ac deinceps , fuit C. Rabirius , Poëta grandiloquus : usque adeo ut hac parte proximus à Virgilio crederetur. Descripsit bellum Aetiacum inter Antonium & Octavium. Mennit

minit quoque Ovidius lib. iv, eleg. ult. — *Magnique Rabirius oris.*
Pluribus de eo diximus in Historicis Latinis lib. i, cap. xxii. Vbi &
aliquid dictum de satyra Rabirii, vel Rubrii, quam laudat Fulgentius
Planciades.

Etiam tum claruit L. Iulius Calidius: ut indicat hic locus Cornelii
Nepotis in T. Pomponii Attici vita: *Idem (Atticus) L. Iulium Cali-
dium, quem post Lucretii, Catullique mortem, multo elegantissimum Poëtam
nostram tulisse etatem, vere videor posse contendere.* Obiit Atticus, ut ex
eodem constat Nepote, Cn. Domitio Ahenobarbo, & C. Sofio Coiff.
hoc est anno Iccccxxii. Id fuerit Olymp. CLXXXIX, an. i. Sed Ca-
tullus, post cuius mortem, claruisse dicit Nepos, obiit Olymp. CLXXX,
an. iv, ut antea diximus; hoc est, anno Vrbis Iccccxciv.

Sequitur deinde in Chronico Eusebii.

Olymp. CLXXXVI, an. IIII, M. Bavus Poëta, quem Virgilius in Bucoli-
cis notat, in Cappadocia moritur.

Respicit illud in Eclogis,

Qui Bavum non odit, amet tua carmina Maevi.

In Maevium est Horatii lib. Epodon, od. x, qua navigationem ei ad-
versam exoptat, ac *olentem* vocat, credo ob hircum naorum pestem, ut
vocat Catullus.

Etiam Paro à Gyraldo inter malos Poëtas, qui Maronem riserint, re-
fertur. Movit eum vita Poëtæ à Donato scripta. Sed opinio hæc à li-
brarii errore profecta, cum, ut aliis jam observatum, pro Paro quidam,
ut etiam est in editione Rob. Stephani, legi debeat παρωδίας.

Olymp. CLXXXVIII, an. i: M. Terentius Varro Philosophus prope nona-
genarius moritur.

An. II: Cornelius Gallus Forojuliensis Poëta, à quo primum Ægyptum
reßam supra diximus, quadrageſimo etatis sua anno propriâ ſe manu interfe-
cit *. At Maximiani ſunt, quæ Cornelio Gallo tribuuntur vulgo: etiam
à Petro Crinito lib. de Poëtis, Rob. Titio lib. i locorum controverſo-
rum cap. xv, & Sebastianus Foxius lib. II de Imitatione ſive ratione
Styli †: qui eum Tibullo & Propertio non inferiorem ait in carmine
elegiaco. Quanto rectius Maximianum hunc Poëtam barbarum vo-
cat Yvo Villiomarus aduersus Titium, quem dixi. Et ſanè in Mſo no-
stro non Gallo, ſed Maximiano attribuuntur. Plerique confundunt
Cornelium Gallum, primum Ægypti præfectum, cui Publio eſſe præ-
nomen potuit, & Ælium Gallum, præfectum tertium; inter quos Cajus
Petronius fuit medius. Hunc ordinem observat Strabo lib. xvii. *
Atque hic optimè id nōſſe potuit, qui Ælio Gallo amicus, ac familiaris
fuit; ut ipſe refert lib. II †, & xvi †. In quo deceptus fuit Dio

* Similiter
Denatus in
vita Virgili.

† fol. I.

* pag. 783,
edit. Paris.
pag. 1620.
† pag. 118,
ejusdem edit:
‡ pag. 816.

lib. LIII, ubi, post Cornelium Gallum proximè subjungit Ælium Gallum, huic verò Petronium: quæ planè adversantur non Straboni modò, sed etiam Fl. Iosepho. Plura de his annotavit Clarissimus Henricus Valesius annotationibus in lib. xvi Ammiani Marcellini. Sed non video, cur ibidem dicat, ut à Casaubono, ita me quoque confundi duos Ægypti præfectos, Cornelium Gallum, & Ælium Gallum. Nam solum dico primum præfectum fuisse Cornelium Gallum, Virgilii amicum, cui Parthenius sua dicavit ἐπωληνα. Quæ verissima sunt. Nec enim Parthenius Gallum, cui sua inscribit ἐπωληνα, Ælium, sed Cornelium appellat.

C. Cilnius Mecænas aliquem hic sibi locum depositit, non modò, ut maximus Poëtarum fautor & patronus: sed etiam ob proprios versus: licet oratio ejus, &, prosa & carmine foret mollis, ac κανόζηλος. Itaque Augustus Cæsar, ut Suetonius in vita ejus tradit cap. LXXVI, exagtabat nonnunquam Mæcenatem suum; cujus μυροβεγχεῖς, ut ait, cincinno usqueaque persecutus, & imitando per jocum irrisit. Macrobius item lib. II Saturn. cap. IV: *Augustus, quia Mæcenatem suum noverat esse stylo remiso, molli, & dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, sapienter exhibebat: & contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistola ad Mæcenatem familiari plura in jocos effusa subtexuit: Vale mel gentium Medulliae, eburi ex Hetruria, laifer Aretinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, jaspi figurorum, beryle Persenna, carbunculum Italix, τῷ ἵνα σωτίου περὶ, μαλαχυα mœcharum.* Prout quidem verba ejus restituenda putavit Casaubonus. Rident & ejus dictiōnē Seneca, ac Tacitus. Quam verò dictiōne erat mollis, tam vita disinctus: quamquam (ut alibi ait Seneca) ingenium haberet virile ac grande. Et elegia in obitum ejus purgare eum admittitur, ab iis, quorum accusaretur. Versiculos quoddam Mæcenatis collegit Lilius: quibus adde carmen illud, quod est in Horatii vita à Tranquillo scripta. Supersunt ejus tres versūs in Cybellen matrem *: item septem Glyconii de vitæ dulcedine †: tres Phalæcii ad Horatium, è vita ejus ad Tranquillum scripta. Item quinque alii in obitum Horatii.

<sup>* in Epigr.
vol. p. 4.
† pag. 39.</sup> Horatio, ut videtur, æqualis fuit Plotius Crispinus. Hic Stoicam secundam professus, atque idem Poëta; sed cuius versus numero forent multi, levis verò ponderis. Cum aliis in locis ejus meminit Horatius, tum sat. I, lib. I:

Iam satis est: ne me Crispini scrimnia lippi

Compilasse putes, verbum non amplius addam.

Olymp. cxc, an. II: *Virgilius Brundusii moritur, Sentio Saturnino, & Lucretio Cinna Consulibus. Offa ejus Neapolim translata in secundo ab Urbe miliario sepeluntur, titulo istiusmodi superscripto, quem moriens ipse dictaverat.*

Mantua

*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua, rura, duces.*

Statuam Mantuae constitutam Maroni ante hos annos ducentos Carolus de Malateftis, tanquam quæ nihil ad religionem Christianam pertineret, dejici curavit. Habeoque orationem Msam adversus Carolum iis temporibus super hoc exarata, satis sanè acerbam: & tamen auctor ait, acerbius se scripturum fuisse, si tutum fuisset in eos scribere, qui possent proscribere. Nomen auctoris non apponitur: sed permista legitur orationibus, libellisque Guarini, ac discipulorum, qui auctore magistro hujusmodi oneris aliquid suscipere solerent. Ut videri possit scripta ab ipso Guarino Veronensi, clarissimo sui temporis viro, vel saltem discipulorum aliquo. Et sanè indignus ille Carolus amore ac præconio fuit omnium eruditorum, qui Sirenophoenici Poëtarum non modo non adsurgeret, sed statuam dejectum iret positum in patria urbe, cui ille æternum decus attulisset. Priapeja quoque Virgilio attribui solent, cum nihil æquè ac tam impudici versus convenient verecundiæ ac virginali ori Maronis, qui propterea Parthenias diceretur. Nec tamen repugnem, quo minus aliqua minùs inverecunda, fuerint à Marone. Sed tam dispar dictio satis docet esse à variis, ac de nonnullis esse Tibulli & aliorum constat. Non displicet eorum opinio, qui putant jufsu Mæcenatis à Virgilio collecta, & eo Maroni attributa. Quippe in Mæcenatis hortis erat facellum Priapi, ubi Poëtæ versus suos, quos in ridiculi numinis honorem scripsissent, affigere solebant.

Anno cxc., Varius & Tucca, Virgilii, & Horatii contubernales Poëtæ habentur illustres: qui Æneadum postea libros emendarunt sub eâ lege, ut nihil adderent.

Horum L. Varius quantus fuerit Poëta ostendit istoc Horatii lib. I, od. vi ad Agrippam:

Scriberis Vario fortis, & hostium

Victor, Mæonio carminis aliti.

Vbi videmus vocari Poëtam Mæonii sive Homerici carminis. Nam & universè aves, & eidūnōs cygni sèpe pro Poëtis sumuntur. Idem ad Augustum epistolâ lib. II:

Dilecti tibi Virgilius, Varinsque Poëtæ.

Item lib. I, sat. VI: — optimus olim

Virgilius, post hunc Varius, dixere quid esset.

Item epistola ad Pisones de Arte Poëtica:

— *Quid autem*

Cæcilio, Plautoque, dabit Romanus, ademtum

Virgilio, Varioque?

Dd 2

Omnino

Omnino verò hic diversus est ab Vario illo, quem Maro celebrat Ecl. ix. Varus enim ille non Varius vocabatur. Nec Varium Maro uspiam laudat. Varius hic scripsit Tragoedias: sed imprimis celebratus Thye-ste: modò ea fabula non fuerit vel Maronis: de quo legas apud Donatum in Virgilii vita: vel Caffii Parmensis, quod tradit vetus Horatii interpres.

Alter erat Plotius Tucca: ut vocat Cornutus, vetus Persii interpres: qui de Tucetis loquens Galliæ Cisalpinæ, priùs ait dictum Tucetam, posteaque autem appellatum esse Tuccam.

Olymp. cxc i, an. i: Hieronymi quoque est: *Æmilius Macer Veronensis Poëta in Asia moritur.*

Aliiquid de eo diximus in Historicis Latinis lib. i, cap. x. De herbis scriperat: unde Ovidius in Tristibus*:

Sæpe suas veluctes legit mihi grandior ævo,

Quaque nocet serpens, qua juvæ herba, Macer.

Vnde liquet àcriplisse de avibus serpentibus, & herbis. Præterea verò cecinit τοξεία μύθα Homeri. Vnde idem t: ^{* lib. 2 de Ponte, et 10.}

Tu canis æternæ quicquid restabat Homero,

Ne careant summæ Troica bella manu.

Ideo *Iliacum Macrum* vocat idem Ponticorum elegia ultima. Plura de eo diximus in Historicis Græcis lib. i, cap. xv i.

Hodie exstat *Æmilius Macer* de herbarum virtutibus, cum commentariis Ioannis Atrociani editus Friburgi anno 1530 xxx. Viderat id poëma jam ante Raphael Volaterranus: sed valde fallitur, cùm postquam de Macro, quem Ovidius laudat, ita scribit: *Opus autem de herbis ad nostram usque pervenit etatem.* Verùm hoc facile eo refellitur, quod Macer, qui exstat, meminerit Plinii, qui non Augusti, ut Ovidius; sed Neronis, & Vespasiani temporibus claruit. Atque hæc agnoscit Ioannes Atrocianus: sed ait, eum quem habemus, esse alterum Macrum, ad quem Plinius junior scribit lib. iii: Verba ejus sunt: *Atque hunc Plinianum Macrum hujus operis fuisse auctorem asseruerim, quod Plinius adhortatur illum ad simile quid elaborandum.* Sed qui epistolam legerit, nihil tale inveniet. Et quid multis opus est verbis? Rectè de hoc Cæsar Scaliger in Hypercritico: *Is cuius opus in manibus habemus, neque Poëta fuit, neque bonus medicus, neque sincerus versificator.* Hunc Macrum variis in locis sequi amat Schola Salernitana: imò quandoque integros ex eo versus excritbit: uti ex iis videre, quæ utrique prodita de ablynthio, hyssopo, & aliis.

Ad Eusebium nunc, sive Hieronymum potius redeamus.

Olymp. cxc ii, an. iii: *Horatius quinquagesimo etatis sue anno Ro-*

me

mæ moritur. De arte Horatii sic Cæsar Scaliger præfat. in libros de Re Poëtica: *Horatius Artem cum inscriptis, adeo sine illa docet arte, ut Satyrae proprius totum opus illud esse videatur.* Sed fallitur, cum ab Horatio esse inscriptionem eam arbitratur. Vera enim inscriptio est, *epistola ad Pisones.* Non magis verò Horatius addit illud *De arte Poëtica*, quam epistolæ ad Augustum addidit *De veteribus, & novis Poëtis*, aut illi ad Numicium, *De finibus bonorum:* ac par aliarum est ratio, quarum nulli Horatius argumentum apposuit, sed postea alii addiderunt.

Paullo post excessum Horatii claruit *Philistio.* Vt Eusebius indicat five potius Hieronymus in Chronico ad Olymp. cxcvī, an. 111: *Philistio Mimographus, natione Magnesianus, Roma clarus habetur.* De hoc Martialis lib. 11, epigr. **XLI**:

Mimos ridiculi Philistionis.

Etiam memoratur Sidonio Apollinari, Marcellino, aliis. Cùm daret Mimum, cui nomen φιλοσέλως, risu quidem implevit theatrum, sed & ipse eodem mortuus est.

Postea est apud Hieronymum.

Olymp. cxcix, an. 1: *Ovidius Poëta in exilio diem obiit, & juxta oppidum Tomos sepelitur.*

Inter cætera ejus, quæ referre nihil attinet, cum omnium manibus versetur, sunt epistolæ Heroidum: sed non omnes sunt unius scriptoris. Ipse lib. 11 Amorum, eleg. xviiii, ut suas agnoscit, illam Penelopes ad Vlyssem, Phyllidis ad Demophoontem, Canaces ad Macareum, Hipslipyles ad Iasonem, Ariadnes ad Theseum, Phædræ ad Hippolytum, Didus ad Æneam, item Sapphus ad Phaonem. Sed Iosephi Scaligeri judicio, præterea ejus videntur istæ: Briseidis ad Achillem, Oenones ad Paridem, Hermiones ad Orestem, Deianiræ ad Herculem, Canaces ad Macarium, Medeæ ad Iasonem, Laodamiae ad Protefilaum, Hypermnestrae ad Limum, five Lynceum. Quæ autem Sabini potius videantur, inferiùs dicetur. Etiam Ovidius transtulit Aratea: unde duos versus Probus adducit in Georg.

Multa scripsit Ovidius, quæ deperierunt: ut sunt vi Fastorum libri posteriores, laudatissima Tragœdia Medea, phœnomena, yaticinia, laudes Augosti, liber in malos Poëtas, epigrammata; è quibus versus ille apud Martialem in secundo epigr.

Ride si sapis o' puella ride.

Etiam orsus librum de bello Actiaco, & libellum Lingua Geticâ. De quo sic ipse lib. iv de Ponto, eleg. **xiii**:

Ab pudet, & Getico scripsi sermone libellum,

Structaque sunt nostris barbara verba modis.

Et placui, gratare mihi, cæpique Poëtæ

Inter inhumanos nomen habere Getas.

Materiam quæris? laudes de Cæsare dixi.

Adjuta est novitas numine nostra Dei.

Nam patris Augusti docui mortale fuisse

Corpus: in ætherias numen abisse domos.

Esse parem virtute patri, qui frena rogatus

Sæpe recusata cœperit imperii.

Vnde liquet scripsisse Tiberio imperante. Cumque aded facilis ejus dictio videatur, subinde tamen occurrit, ubi ob trajectiōnem verborum duriusculus dicatur. Vt cùm sic incipit libros de arte Amandi:

Siquis in hoc artem populo non novit amandi.

Maluerit aliquis:

Siquis in hoc populo legem non novit amandi.

Ac ipse hoc mallem: si *legis* vocabulo *artis* nomen satis exprimeretur. Eidem multa falso attributa ut carmen panegyricum ad Pisonem; cuius in Mso hæc inscriptio:

Lucani catalæcton de laude Pisonis.

Quædam etiam deterioris notæ: ut Grammatici, cuiusdam Christiani Philomela, alias item Pulex, & alia quædam. Aliqua verò hominum sunt nec mediocriter eruditorum: in his libri tres de Vetula, minus etiam Ovidium referentes, quām simius hominem. Nec ab insulis librariis Ovidii esse nomen impositum, sed scriptore ipso, indicat hoc lib. II:

In nova formas

Corpora mutatas cecini.

Et lib. III:

Merimi dicens hæc de Iove verba.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cœli

Ardeat, & mundi moles operosa labore.

Quæ sunt ex lib. I Metamorphos. Etiam loquitur postea quasi inter Getas degéret, ac subdit:

Nam quoniam redditum mihi jam sperare negatum est,

Opto mori.

Vide autem stultitiam Poëtastrī. Etiam Ovidium inducit loquenter, quasi Euangeliū legisset:

Hujus cultorem me reprobatio futurum,

Dum tamen ipse trahat, quia si non traxerit, ipsi

Nemo placere potest, & ad ipsum nemo venire.

Ovidii de vetula meminere, Theodericus de Niem in Nimore unionis

nis tract. vi, cap. xxxviii, & Gobellinus Persona in Cosmodromio
etatis 111, cap. xv, & astat. iv, cap. x. Meminit quoque, sed ut su-
specti scriptoris, Henricus de Hervordia in Saxonia. In historia Lau-
rentii Mulleri, atque exinde in Glandorpii Onomastico legas hodieque
existare versus monumento Ovidii incisos, esse verò hujusmodi :

Hic situs est vates, quem dixi Cæsaris ora

Augusti Latra cedere jussit humo.

Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,

Sed frustra : hunc illi fata dedere locum.

Verum neutiquam hæc sapiunt ævum Augusti, vel Tiberii.

Arque hos memorat Hieronymus. Præter quos alii etiam nomen
egregium retulere.

Talis fuit.

Item Propertius, patria Vmber, ut ipse scribit, æmulus Philetæ Coi,
& Callimachi Cyrenæ, unde & se Romanum vocat Callimachum.
Conqueritur & se excidisse agris paternis in divisione ea, quæ sub
triumpviris facta militibus. Puella, quam Cynthiam vocat, vero nomine
Hostia est dicta, ut ex Appulejo constat. Videtur autem huius filia Ho-
stii, qui de bello Istrico scribit, ut superius relatum. Ab hoc, cuius quatuor
elegiarum libros habemus, diversus est is Propertius ex quo Ful-
gentius Planciades libello ad Chalcidium Grammaticum citat : *Carilla
ta geris vadimonia, publicum profibulum.*

Item Sextilius Anna Cordubensis, majoris ingenii Poëta, quam do-
ctrinæ : ut in eo locum videatur habuisse, quod Cicero de Cordubensis
bus ajebat, quiddam pinguis somnare. Hic aliquando in doctrina Corvini
Messallæ carmen recitaturus de proscriptione ac morte Cicerois, sic
coepit :

Defendens Ciceron est, Latiaeque silensia lingue.

Erat inter auditores C. Afinius Pollio, qui continuo surrexit, compel-
lans Messallam : *Tu Messalla videris, quid tibi liberum sit in domo: ita: ego
istum non sum audirens, cui musus video, ac continua bicepsit, ne cate-
ros audiret versus: ut est apud Senecam Suasoriā penultima. Nec hoc
factum Afini magnopere mirandum. Nam facundus quidem orator,
sed infestissimus fame Ciceronis permanstr, ut est apud M. Senecam Su-
asoriā vi. Vide quæ de eo in Historicis Latinis dixi lib. i, cap. xvi i.*

A. Cornelius Alpinus, ex Gyraldi, Lambini, ac aliorum quorundam
sententiâ, designatur versibus hisce Horatii lib. i, sat. x :

Turgidus Alpinus jugular dum Memnona, dumque

Defingit Rheni luceum caput, hæc ego ludo.

Volunt autem Memnonia scriptiſſe, hæc historiam Memnonis ab
Achille

Achille interfecti. Lambinus putat *jugularo* dicere, quia ineptè adē describat, ut antea jugulatum ab Achille, secundo ipse videatur jugulare. Sed simplicius dixeris, *jugulare* sumi, pro jugulatum describere. Poëtæ enim hoc facere dicuntur, quod carmine referunt. Interim metuo, ne satis sit incertum quod de Cornelio Alpino, ac Memnoniorum opere dixi, quando de Poëta Cornelio Alpino silent veteres, ac per fabulam de Memnone intelligere possis historiam belli Trojani, quæ in mortem Memnonis comprehendit. Iliada enim varii scripsere. Nec assentire iis possum, qui per *Alpinum* intelligent Cornelium Gallum.

Item Gratius, Cynegeticon scriptor: de quo Ovidius ultimâ Ponticorum elegia:

Aptaque venanti Gratius arma daret.

Hunc primum è Galliis secum attulit, & ut lucem publicam videret fecit Aelius Santazzarius, ut in Nemessano, & Calpurnio dicemus.

At Ovidio æqualis Pedo Albinovarius: quem *fiderem* vocat Ovidius elegia ultima Ponticorum. Atque ad eundem est Ovidii elegia ex ejusdem libri. Vbi inter alia hic versus:

Si roget hec aliquis, cur sint narrata Pedoni.

Vnde is qui edidit Thesaurum Linguae sive Romanum Forum, colligit Pedonem Ovidio Pedonium vocari. Quod ridiculum est, cum Pedoni sit dandi, non vocandi casus. Theseida scripsisse iadicat paullo post Ovidius; sed non injuria multi, sic scribentem:

Qui quamquam est factis ingens, & conditior à te

Vix tanto, quanto debuit ore cani.

Viderut enim detrahere Pedoni, quasi dictione suâ non exprimat Thesæ magnitudinem. Sed corruptus est locus, & quod Ios. Scaligero observatum, pro *Vix* legendum *Vir.* Scriptit quoque de navigatione Germanici: quo ex opere *xxxxi* versus refert M. Seneca Suasoria prima. Etiam epigrammata scripsisse colligitur ex Martialis lib. *ii*, epigr. *LXXVII*; quod est in Cosconium. At supereft elegia ejus in mortem Drusi. Nerois ad Liviam Augustam, sanè elegantissima, & digna fide reo Poëtæ. At aliter videtur de tributa ei elegia in obitum Mæcenatis. Quare in animum inducere non possum, esse ejusdem Poëtæ, licet non ignorem aliam fuisse mentem Iosepho Scaligero.

Ovidii quoque temporibus vivebat Aulus Sabinus. Quæ scripserit, docebit Ovidius Amorum lib. *ii*, eleg. *xviii*:

Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinius,

Scriptaque diversis retulit ille locis.

Candida Penelope signum cognovit Vlyssis,

Legit ab Hippolyto scripta neverca suo.

Iam

Iam pius Æneas misera rescripsit Elise :

Quodque legat Phyllis, si modo vivat, habet.

Tristis ad Hippolyten ab Iasonē littera venit :

Dat votam Phœbo Lesbis amica lyram.

Scripsit igitur epistolam Vlyssis ad Penelopen, Hippolyti ad Phœdram, Æneæ ad Didonem, Demophoontis ad Phylliden, Iasonis ad Hippolyten, & illam Sapphū extremo loco memoratam. Harum vero omnium exstat nulla. Scio sub nomine Sabini legi ternas, Vlyssis ad Penelopen, Demophoontis ad Phylliden, & Paridis ad Oenonen. Sed indignæ prorsus Sabino, vel aliquo illius temporis Poëta : quin neque nostro si ævo scriptæ forent, multum laudis mererentur. Sed non dubium, quin, si non omnes, faltem aliquæ ex sex ipsis Sabini sint, quæ inter Ovidianas leguntur : Paridis ad Helenam, Helenæ ad Paridem : Leandri ad Heronem, Herùs ad Leandrum : Acontii ad Cydippen, Cydippes ad Paridem. Plura vero Sabinum scripsisse, indicat Ovidius lib. iv Ponticorum, eleg. xvi :

Quique suam Træzen, imperfectumque dierum

Deseruit celeri morte Sabinus opus.

Vnde cognoscimus obiisse Sabinum ante Ovidium. Ex eo quoque Træzen, vel Træzena meminet, colligunt Træzenia scripsisse. Sed alii legunt Trisenen, quam fuisse aijunt amicam. Dierum opus, Fastos interpretantur, vel opus, quale Hesiodi Ημέραι.

Etiam Augusti ætate claruit Titius Septimius, Lyrico, & Tragico carmine pollens : unde Horatius lib. i, epist. iii :

Quid Titius Romana brevi venturus in ora

Pindarici funtis qui non expalluit haustus,

Fastidire lacus, & rivos ausus apertos;

Vt valet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis

Thebanos aptare modos studet auspice Musa?

An tragica deseruit, & ampullatur in arte?

Quæ ad verba sic vetus interpres à Crisquio editus : *Titius Septimius carmina, & tragedias scripsit; sed libri ejus nulli exstant. Hujus autem insigne monumentum est infra Aritiam.* At aliis ut temporum ratio docet, est C. Titius, tragicus & ipse : ut superius diximus.

Augusti item temporibus fuit Cornelius Severus, cuius exstat Carmen de Ætna perperam olim Virgilio tributum. Apud M. Senecam in Suafiora vi, etiam ejus de Ciceronis nece versus habemus : credo ex ejus opere de bello Siculo : quod scripsisse testis Fabius in x. Etiam vetus Persii interpres ex eo adducit hunc versum :

Pinear frondosi dum murmurat Apennini.

Ee

Et

Est ad eum Ovidii elegia in rv de Ponto, quæ incipit :

Quod legis ô vates magnorum maxime regum.

Regum vatem appellat quomodo Ponticorum elegia ultima dicitur
Latio dedisse cämen regale. Nisi vatum legi debet, ut dicat, Marone,
Horatioque, & quibusdam aliis, jäm mortuis, Severum inter magnos
vates principatum tenere.

Aristius Fuscus ab Horatio memoratur lib. i, sat. ix. Ac ad eum est
od. xxii, lib. i. Lilio refertur inter Poëtas, sive ut Comicus, sive ut
Tragicus: illud Porphyrio, hoc Acron prodidit. Ambigo quia de eo
nihil Cruquianus interpres, ex melioris notæ codd. non malo judicio
expressus.

Horatio æqualis Domitius Marsus, qui Amazonidem scripsit, & alia.
Inter sui temporis Poëtas refert Ovidius eleg. ult. Ponticorum:

Cum foret & Marsus, magnique Rabirius oris.

Epigramma ejus supererit in Tibullum. Diximus de eo in Historicis
Latinis lib. i, cap. xvi.

Fannius Poëta dicitur fuisse non admodum bonus: cujus tamen poë-
mata in ædem Apollinis & Musarum, aliamve Bibliothecam publicam
cum imagine fuerint delata. Vnde Horatius lib. i, sat. iv:

— *Beatus Fannius, ultro*

Delatis capsis, & imagine: cum mea nemo

Scripta legat, vulgo recitare timentis. —

Eundem sat. x, *ineptum* vocat. Quid igitur insistamus?

At T. Valgius magnus omnino Poëta fuerit, quando sic de eo Tibul-
lus ad Messalam:

— *Eterno propior non alter Homero.*

Eundem Horatius lib. i, sat. x, cum Virgilio, Vario, Mæcenate, at-
que aliis, conjungit, quibus si placere possit, negat se ineptorum homi-
num judicia morari.

Inter eosdem ibidem ab Horatio reponitur Octavius Poëta, & Hi-
storicus. Hunc meri pocula abstulere, vel bilis; ut liquet ex carmine in
eius mortem: quod est in Appendice Virgiliana. Vide Petrum Victo-
rium Variarum Lect. lib. xiv, cap. vii.

Ponticus Propertio æqualis: qui sic ad eum scribit lib. i, eleg. vii:

Cum tibi Cadmeæ dicantur, Ponice, Thebeæ,

Armaque fraterne tristia militæ.

Idem non dubitat cum Homero componere. Continuò enim sub-
jugit:

Atque ita sim felix, primo contendis Homero.

Nec Thebanum modò bellum cecinisse: sed etiam amores, cognoscimus

scimus ex lib. ejusdem eleg. ix. Ovidio etiam conjunctissimus fuit, ut ostendit istoc

*Ponticus heroo, Battus quoque clarus iambis,
Dulcis convictus membra fuere mei.*

C. Melissus Mæcenatis libertus, ac ab Augusto Bibliothecæ in Octavia porticu præfectus, inter Comicos ab Ovidio refertur elegiâ ultima de Ponto :

Et tua cum foco Musa, Melisse levis.

Novum genus Togatarum reperit, quas inscripsit *Trabeatas*, ut est apud Tranquillum in illustribus Grammaticis. Alius, ab eo est Helius Melissus Grammaticus, qui vixit tempore Hadriani Cæsaris: de eo iudicium Agellii vide in *xviii Noctium Atticarum*.

Ovidio item æqualis Turanius Tragicus. De quo sic Naso ipse elegiâ Ponticorum ultimâ :

Musique Turani Tragicis innixa cothurnis.

Vbi tamen quidam Mssi Taratani.

Item Lupus Siculus; suarum fabularum idem auctor & actor, teste eodem Ovidio; qui sic de eo lib. iv Ponticorum, eleg. xvi :

*Trinacriusque suæ Perseidos auctor, & actor,
Tantalidae reducis, Tyndaridoque Lupus.*

Adhæc Carus, qui de Hercule carmen condidit. Vnde Ovidius ibidem :

*Et qui Iunonem lessisset in Hercule, Carus,
Iunonis si jam non gener ille foret.*

Item duo Poëtæ nomine Prisci, & Poëta Numa. Vnde inibi :

Et cum subtili Priscus uterque Numa.

Marius quoque felix vario carminis genere fuisse dicitur Ovidio; cuius versus ille ibidem :

Et varius scripti dexter in omne genus.

Ambigit Gyraldus, an non fuerit Rhetor Marius, qui eo tempore inclitus fuit. Tum quippe iidem sæpius Rethores, & Poëtæ.

Adhæc Proculus, imitator Callimachi; unde Ovidius inibi :

Callimachi Proculus molle teneret iter.

Item Fontanus, qui descripsit Naiadas à Satyris amatas. Ovidius ibidem :

Naiadas à Satyris caneret Fontanus amatas.

Ac de *Capella*, Poëta elegiaco, subdit :

Clauderet imparibus verba Capella modis.

Item C. Cotta : de quo sic Ovid. lib. iv de Ponto, eleg. xv, ubi sui temporis Poëtas enumerat :

Te tamen in turba non ausim, Cotta, filere.

Pieridum lumen, praesidiumque fori:

Maternos Cottas cui, Messallasque paternos,

Maxima nobilitas ingeminata dedit.

Insuper Julius Montanus hexametro, & elegiaco pollens carmine; unde sic ibidem Ovidius:

*Quique vel imparibus numeris, Montane, vel aequis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.*

Hic est ille, qui dicere solet, (ut est apud Donatum in Virgilii vita,) *involuturum se quædam Virgilio, si & vocem posset, & os, & hypocrifin.* Eodem enim versus, eo pronunciante, bene sonare; sine illo marcescere, quasi mortos. Meminit quoque ejus uterque Seneca, Marcus Controversia **xvi**, Lucius epist. **cxxi**.

Accedat Largus; de quo sic inibi Ovidius:

Ingenique sui dictus cognomine Largus,

Gallica qui Phrygium ducit in arva senem.

Hoc est, qui de Antenore scripsit Phrygia profugo, ac sedem ponente in Venetia, Galliae Cisalpinæ regione.

Item Camerinus, & Thuscus: quorum ille carmen scripsit de Hectori tructo: alter de Phyllide, seu amica, seu illa Thraciae regina, Lycurgi, & Crustumene filia, quam Demophoon, Thesei, & Phœdra filius amavit. De utroque sic ibidem Naso:

Quique canit domito Camerinus ab Hectore Trojam,

Quique suâ nomen Phyllide Thuscus habet.

Manilius, tive, ut in variis est libris, Manlius, cuius Astronomicon habemus, extrema Augusti ætate vixisse creditur. Sanè meminit Variianæ clavis, quæ quinquennio contigit ante excessum Augusti. Antiquior igitur esse Augusto non possit. Verùm si Ovidio fuerit æqualis mirum ejus Ovidium ultimâ Ponticorum elegiâ non meminisse. Etsi non ignorem, ipsum dicere quosdam à se præteriri. Præterea dictio videtur suadere potius vixisse senioris Theodosii temporibus. Imò clarissimo Gevartio videtur esse is Manlius Theodorus, quem ab fidalii scientia prædicat Claudianus in panegyrico ad eum scripto. Vide eum Notis in Statii lib. **xi** Silv. carm. **xi**: ubi & pluribus se argumentis id ostensurum in Electis pollicetur. Si ævi sit Augustæ, eum sibi imitandum proposuerit Julius Firmicus, qui sub Constantino M. vixit. Sin Theodosiana vixerit ætate, Manilius Firmicum carmine exprefserit. Quæ opinio nobis placuit lib. **xi** de Arte Grammatica, cap. **xxvi**. Nunc in alteram magis sententiam propendeo. Legenti enim Manilium, iterum, iterumque omnia Augusti temporibus videntur convenire.

C. Asinius

C. Asinius Gallus, filius C. Asinii Pollionis, de quo antè diximus, Consul fuit anno V. ICCCXLVI, maritus Vipsaniæ, M. Agrippæ filiæ, & ex ea trium Consularium parens, tandem à Tiberio ob connubium & linguæ libertatem, fame enectus; patre verò Asinii Galli, qui cum Statilio Corvino in Claudium Cæsarem conspiravit. Hic libros scripsit de comparatione patris sui, & Ciceronis, quibus patrem prætulit, teste Plinio lib. vii epist. ad Pontium. Iis verò respondisse Claudium Cæsarem, ex Suetonio cognoscimus. A Plinio in epistolis ejus quoque carmina laudari, lego apud Lilium dialogo viii. De hoc ambigo: sed Tranquillus de illistribus Grammaticis hoc ejus epigramma est in M. Pomponium Marcellum pugilem, & Grammaticum:

*Qui caput ad levam deicit *, glossemata nobis.*

* demittit,
conjectat.

Præcipit: os nullum, vel potius pugilis.

Sic enim legendus is locus è MSSis. Valde ratio fugit Glandorpium, quando, in onomastico Romano, hunc esse eum, quem pater Pollio, captis à se Salonis, Saloninum vocavit, ac cuius Υψηθλιανγεν Maro celebravit Eclog. iv. Nam is nono à nativitate die decesse, ut à Servio proditum, & infantem decessisse eluet, si quis postremos ejus eclogæ versus attenderit.

Extremis Augusti temporibus fuit Abronius Silo.

Quippe cuius filius quidem vixerit, cum supereftlet etiamnum M. Seneca, Lucii parens: quique ipse auditor fuerit Porcii Latronis, qui obiit Olymp. CXCIV, anno I, triennio ante communem æram Christianorum. De hoc Poëta sic scribit M. Seneca Suasoria ii: *Memini auditorem Latronis Abronium* (leg. Abronium) *Silonem, patrem hujus Silonius, qui pantomimis fabulas scripsit, & ingenium grande non tantum deservit, sed posuit, recitare cämen, in quo agnovimus sensum Latronis in his versibus:*

Ite agite ô Danaï, magnum Pæana canentes:

Ite triumphantes, belli mora concidit Hector.

Vbi duos videmus memorari Silones: patrem filiumque, filium ait fabulas scripsisse pantomimis: ex paternis versibus promit duos: prior expressus ex illo vi Aen.

— Lætumque choro pæana canentes.

In posteriori commendat hoc,

— Belli mora concidat Hector.

Sed utcunque venustum, ait tamen vinci à Marone, qui illud sic expresserit xi Aen.

Quicquid apud duræ cessatum est nœnia Trojæ,

E e 3

Hectoris

*Hectoris Aeneaque manu victoria Græcum
Hesit.*

Imò nec Maro ipse se satis probabat. Messallæ , qui ajebat Poëtam hic debuisse desinere, nec addere, quod sequitur:

— *Et in decimum vestigia retulit annum.*

Etiam Claudio Tiberio Cæsari aliquis in Poëtis locus ; ut indicant hæc Suetonii in vita ejus cap. LXX : *Composuit & Carmen Lyricum, cuius est titulus, Conquestio de L. Cæsaris morte.* Græca etiam poëmata fecisse in Poëtis Græcis dictum.

Germanicus Cæsar , filius Drusi adoptatus à Tiberio fuit , atque ab eodem , anno ætatis xxxiv , veneno per Pisonem sublatus. Hunc , ut Poëtam , celebrat Ovidius in Fastis , quos ei dicavit , item carmine ad Suillium. Et fortasse ejus, non Domitiani Germanici carmen est , quod in veteribus epigrammatis legas , de pueru Thrace , cui glacie caput abscissum.

Sub Tiberio item vixit Phædrus Thrax , Augusti Cæsaris libertus , & qui se Augustum dicat vidisse jus dicentem , & Bathyllum Cilnii Maeccenatis saltantem. Reliquit quinque libros fabularum Æsopicarum jambicis conscriptos. Antiquissimus , qui earum meminerit est Avienus præfatione in fabulas Æsopicas ad Theodosium Macrobius . Nec mirum adeo non meminisse Senecam , ubi loquitur de fabula Æsopicarum scriptoribus. Nam de Romanis loquitur : hic se Thracem prædicat.

Claruit quoque sub Augusto , ac Tiberio , sub quo obiit , C. Lutorius Priscus : de quo sic Dio lib. xxvii : Εκδηρεῖν τὸν τιτελέας, ταῦτα Λυτώρει τούτους Πείσονται, οπόδις, ἀλλως τε μέχρι θητοῦ φρονῶν, καὶ θητοφίον θητὴ τῷ Γερμανικῷ θητοφανῆ συγχράψας, ὡς τῇ χρήματα δι' αὐτὸν πολλὰ λαβεῖν αἰτιαν ἔχειν, οἷς τῇ θητῇ Δρόσῳ ποίησα τοῦτο τὸν γόνον αὐτῷ σωτερικός. καὶ ἐπειδὴ περιθετὸν εἰν τῇ θυλῇ, ἐκπατεινάθη, καὶ ἀπέγειν. Tiberio ab urbe absente , C. Lutorius Priscus , eques , magni alioquin nominis Poëta , qui in Germanici mortem insigne carmen composuerat , ac magnum pro eo pecuniam accepérat , accusatus est , quod per morbum Drusi , carmen in eum scripsisset ; ejusque rei caussā à Senatu condemnatus obiit.

Ælius quoque Saturninus carmina famosa in Tiberium Cæsarem sparsit : eoque nomine damnatus , de Capitolio præceps datus est : ut narrat Dio lib. LVIII. Quapropter à Gyraldo Dialog. iv in Poëtis memoratur. Recténe , an fucus , facilius diceremus , si versus exstant.

Alphius Avitus , quantum possum videre , Augusti & Tiberii temporibus vixit. Sic sane statuendum , si sit Alphius ille Flavus , Cestii auditor , qui æqualis fuit M. Senecæ : ut liquet ex Controversi. xv. Atque ejusdem

ejusdem sunt ista lib. i , controv. i : *Hanc partem memini apud Cestium declamari ab Alfio Flavo : ad quem audiendum me fama perduxerat : qui cum prætextatus esset , tantæ opinionis fuit , ut P. Romano puer eloquentia notus esset. Semper de illius ingenio Cestius , & prædicavit , & timuit. Ajebat tam immature magnum ingenium non esse vitale : sed tanto concursu hominum audiebatur , ut raro post illum auderet Cestius dicere. Ipse omnia mala faciebat ingenio suo : naturalis tamen illa vis eminebat : qua post multos annos tametsi desidio obruto , & C A R M I N I B U S enervata , vigorem tamen suum tenuit. Vbi videmus , ut ad poësin animum appulerit. Quare satis verisimile videtur , dictum esse Flavum Alfium Avitum. Scripsit duos libros virorum Excellentium. Vnde Priscianus lib. viii , hos versiculos citat de ludi literarii magistro filios principum Faliscorum adducente ad M. Furium Camillum sed ab eo vincito , & pueris tradito , ut verberibus in urbem redigerent :*

*Tum literator creditos
Ludo Faliscum liberos ,
Caussatus in campi patens
Extraque mari ducere ,
Spatiando paullatim trahit ,
Hostilis ad valli latu.*

Sanè hos esse ejusdem Flavi Alphii versus etiam censet Henricus Vallesius notis in excerpta Dionis Cocceiani *. Quemadmodum & ad * pag. 82. hanc historiam refert illa ejusdem Alfii Aviti :

*Sen tute mavis obsides ,
Sen tute captivos habe .*

Ita enim legere jubet : ubi in vulgatis pro *obsides* est *hospites*. Præter Priscianum hujus Alfii Aviti etiam meminit Terentianus Maurus.

M. Æmilius Scaurus, Tragoediam scripsit, cui nomen Atrens : in ea è subditis aliquis, verbis monebat Euripideis, ut stultitiam ferret imperantis. Tiberius judicabat se schemate notari : verum , inquiebat , Atreus hic de Scauro faciet Ajacem : ac , conficto crimine de consuetudine cum Livilla , adegit eò , ut Poëta sibi ipsi manus adferret. Auctor Dio lib. LVIII.

Fuit & tum C. Cominius , eques Romanus ; quem Tacitus lib. iii probrosum ait carmen in Tiberium scripsisse : sed parcitum illi ob preces fratris , qui Senator erat. Ambigo verò an propter hoc carmen , quod à Gyraldo factum , in Poëtarum numerum referri mereatur.

Lucium Fenestellam præterimus , non quasi non hujus sit temporis (nam novissimo Tiberii principatu decepsisse Plinius refert lib. xxxii , cap. xi ,) sed quoniam Poëta non erat. Scio apud Hieronymum in Chro-

Chronico Eusebiano Olymp. ccxcix, an. 111, sive ab Ovidij excessu an. 11, dici, *Historiarum & carminum scriptorem*. Sed pro carminum puto to annalium legi oportere. Vide quæ de eo diximus in Historicis Latinis lib. 1, cap. xix.

C A P V T . I I I .

De temporibus, quibus poësios Latinæ honos decrevit :
ac primò à medio Tiberii principatu usque ad
Nervæ ac Trajani tempora.

Quartam statuēbamus atatem decrescentem : cuius partes fa-
cimus duas ; meliorem unam , nec longè ab optima receden-
tem : alteram sequiorum temporum. Priorem à principatu Ti-
berii extendimus, usque ad principatum Nerva, ac Trajani. Di-
stinctè agemus primū de iis , qui vixerē è domo Iulia sive Au-
gusta, deinde iis qui è gente Flavia. Virobique prius loquar de
superstitibus : hinc de desperatis. Sub temporibus domus Augu-
sta supersunt Seneca, Persius, Lucanus, Petronius, Silius.

De primo sic ex Suetonio Hieronymus in Chronicis :

Olymp. ccxi, an. 1 : *L. Annaeus Seneca Cordubensis, preceptor Nero-
nis, & patruus Lucani Poëtae, incisore veniarum, & veneno hausto perit.*

In Poëtis ei locum dedimus , non quasi omnium eum Tragediarum parentem putemus , quas tribui vulgo videmus : sed quia non dubium , quin in illis quædam sint genuini ejus foetus. Quam spissus verò eorum error , qui propter suppositicias illas Senecæ & Pauli Apostoli epistles judicarunt , fuisse hominem Christianum. Sanè aliud nos B. Au-
gustinus docet : qui hæc ejus verba de Iudæis adducit : *Interim usque eo
sceleratissimæ gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta fit.
Victi vitoribus leges dederunt.* Vnde (ut Pithœus * observavit) Rutilius
Numatianus illud mutuatus in Itinerario de eadém gente :

Victoresque suos natio victa premit.

Vbi Iudæorum nomine etiam Christianos comprehendit. Plura de Seneca non addam, quia sufficere arbitror , quæ accuratè de eo conges-
fere Iustus Lipsius , & Petrus Scrivarius : ac ipse quoque adferò lib. 1
de Historicis Latinis, cap. xxvi.

Subdit deinde idem Hieronymus.

Olymp.

* Notis in
Epigram. &
poëm. veter-
ra, p. 476.

Olymp. ccx, an. 11: *Persius moritur anno etatis sue xxix.*

Is Aulus Persius Flaccus ē Persiorum gente nobilissima, ac Flacco-
rum familia. Nec censeo in Persia gente alios, quām Flaccos inveniri.
Confudit Io. Fungerus * hunc Poētam cum C. Persio Flacco, etatis
suæ doctissimo, qui anno Vrbis Iō c viii Quæstor provincialis fuit, ac
biennio post Prætor. Putat Fungerus de hoc intelligi debere, quod, ut Cicero ait in Bruto, C. Lucilius Poëta Cn. Pompeji avunculus mag-
nus dicebat se Persii exactum reformidare judicium, eoque malle legi
à decimo Lælio, viro erudito, sed qui cum Persio non posset conferri.
Atqui inter hos duos prope ducentorum est annorum intervallum. Hac
de *ārisopnīa* etiam in Oratoris Institutionibus diximus lib. iv, cap. xi,
sect. vi. Nec jam reposuisse, nisi vellem, ut juventus hinc videat,
quām necessaria sit doctrina temporum: cuius neglectu spisse fœdeque
ad eos peccatur à viris alioqui non ineruditis. Quamquam nec tanti id
foret, si unus ille sic exorbitaret. Sexcenta id genus poteram ex aliis
adferre: pluscula etiam ex veteribus ipsis. Cætera de Persio pete ex vi-
ta ejus à Tranquillo scripta.

De Lucano sic idem Hieronymus ad Olymp. ccx, anno 111:
*M. Annæus Lucanus, Cordubensis Poëta, in Pisoniana conjuratione deprehen-
sus, brachium ad secandas venas medico præbuit.* Hujus Lucani vita exstat à
Suetonio exarata. Etiam fusa de eo ago lib. i de Historicis Latinis,
cap. xxvi, præsertim altera, quam molimur, editione. Vxor Lucanii
Polla Argentaria post excessum mariti Pharsaliam ejus emendavit: imò
& viventem in carmine dicitur adjutasse. De ea sic apud Papiniū lo-
quitur Calliope †.

Nec solum dabo carminum nitorēm:

Sed tædis genialibus dicabo

Doctam atque ingenio tuo decoram:

Qualem blanda Vénus, daretque Inno.

* lib. 2 Syl-
varum, ge-
nethliaco
Lucani.

Sub Nerone etiam fuit Petronius Arbiter; qui Principis sui vitam
sub exoletorum nominibus descripsit. *Elegantia Arbiter* Tacito dicitur
xvi Annal. ac narrat, ut se erudito luxu perdiderit. Non minus *nequi-
tiae* Arbitrum appellaris: scriptorem, ut jam alii dixeré, purissimæ im-
puritatis. De eo judicia veterum, ac juniorum, accurate Editores col-
legerunt.

Item Consulatum ultimo Neronis anno gessit Silius Italicus. Vnde
liquet, quantopere fallatur *Sebastianus Foxius Hispanensis* lib. ii de
Imitatione sive ratione styli *: ubi Silium hunc ait *vixisse post Martia-
lem, Papiniū, Valerium Flaccum, & si Dis placet, etiam Claudiānum.*
Sic dictus ab Italica. Sed quæritur, ab utra sic Italica vocetur. Aliquii
ajunt

* fol. 43.

ajunt ita dici ab Italica , Hispaniae ulterioris urbe , monumento victoriæ P. Cornelii Scipionis Africani majoris : quod ex Plinio , & Africano constat . Atque ex oratione Hadriani Cælaris Agellius lib. xv , cap. xiiii , narrat , Italenses , uti & Vticenses , cum suis moribus legibusque uti possent , in jus coloniarum mutare gestivisse . Quod vero Stephanus Pighius in Annalibus Romanis ad an. Iō c x , quo Consules erant Ap-pius Claudius Pulcher , & Q. Caecilius Macedonicus , arbitratur , Italicam hanc fuisse veterem Romanorum coloniam , id cautè accipendum , ut ex iis liquet , quæ diximus . Sed præter Trajani & Adriani patriam hanc civitatem & altera fuit , & altera Italica , Pelignorum civitas à Sulumone septem passuum millibus distans , quæ aliter Corfinium dicebatur Italica in Italia . Atque ab hac Silio Poëta Italici nomen fuit . Ab illa Hispaniae potius *Italicensis* esset vocatus : ut ex memorato Agelli loco videre est . Ac puto si Hispanus fuissest , non hoc ignorare nos si visset Hispanus Martialis , qui saepius ad eum scribit , ut peramicum . Non hoc reticuissest , quod ad Hispania suæ decus magnopere pertine-ret . Fuit Persæ dictionis Poëta ; sed majoris curæ , quam ingenii . Nota quæ de eo scriperint æquales Martialis , Tacitus , Plinius . Fusque de eo dictum nobis in Historicis Latinis lib. i , cap. xxix . Ea reponere hic nihil attinet . Primus de eo castigationibus suis bene mereri voluit Domitius Calderinus . Primus cum commentario edidit Petrus Mar-sus : qui Venetiis editus anno cIō cccc LXXXIII à Baptista de Tortis . Postea debuit Modio , Heintio , & imprimis Dausqueio .

*Atque hi quidem supersunt . Dicam de deperditis . In his
Cn. Lentulus Gentilicus , qui Tiberii ac Claudii temporibus fuit ,
nec historiâ solum , sed carmine etiam claruit :*

ut ostendi lib. i de Histor. Lat. cap. xxv .

*Item Claudiani avi Grammaticus , ac Poëta , Q. Rhevanius
Palamon .*

Hieronymus refert ad Olymp. ccvi , an iv : qui Claudii est nomen . De hoc Suetonius in illustribus Grammaticis : ubi leges , poëma fecisse ex tempore : item scripsisse variis , nec vulgaribus metris . Puto Sotadico , Galliambico , & aliis . Martialis de eo lib. ii , epigr. LXXXVI :

Scribat carmina circulus Palamon .

Meritis juvat auribus placere .

Ab eo nomen papyro Fannianæ : de qua Guilandinum adi . Tribui solet illi carmen de ponderibus , & mensuris : sed alii codd . adsignant Remo

Remo Favino. Fortasse *Remus* fecere ex *Remnius*, vel potius *Remminus*; ut legitur id nomen in veteri inscriptione: *Favinus* autem ex *Fannius*, corruptum videri possit.

In desperditis quoque est P. Pomponius Secundus, vir Consularis, atque idem Poëta Tragicus: qui Caii, & Claudii Caesarum temporibus floruit.

Cujus vitam descripsit Plinius, ut ipse ait lib. xv Hist. Nat. cap. iv. Consul fuit 100cc LXXXII, & 10 cc XCIV. Refert de eo Plinius in epistolis, siquid in Tragoediis amicus tollendum arbitraretur, ille autem retinendum putaret, dicere solitum: *Ad populum provoco. Eum sibi visum ait Quintilianus lib. x, cap. 1.* Nempe senex admodum Institutiones suas Fabius scripsit. Inter Pomponium, & Senecam, aliquando prefationibus tractatum, an ut *expetivat*, & *examinat* dicitur: ita & recte Attius dixerit *gradus eliminat*: sicut idem Fabius tradit lib. viii, cap. 111. Ac duos etiam hospes jungit Terentianus Maurus in Centimetro:

*In Tragis juxxere Choris hunc sepe diserti
Annaeus Seneca, & Pomponius ante Secundus.*

Præterea in desperditis est Poëtis Annaeus Cornutus, Persii præceptor, qui Claudii & Neronis tempore fuit.

Vetus vita Persii: quæ ex Suetonio de Claris Poëtis defumta: *Cornutus illo tempore Tragicus fuit, scitæ Poëticæ. Vbi sine dubio Stoicæ scribendum.*

In Neronis temporibus ex desperditis ipse est Nero: qui non laudem modo poësios affectavit, ut velle videntur Persius, Tacitus, ac Suetonius; sed egregius omnino Poëta fuit; ut non modò Seneca; ac Martialis judicium est, sed pauxilli versus indicio sunt, is quem Seneca laudat, & quos Persius ridet, suis meliores. atque alii apud Grammaticos.

Vide tum Pers. sat. i; Tacitum Annal. xv, & Suetonium in Nerone; tum Senecam Nat. Quæst. lib. i, cap. v, & Martialem lib. viii, epigr. lxx, & lib. ix, epigr. xxvii, quorum utrumque de Nerva. Inter alia scripsit Troica; è quibus tres versus sunt apud ineditum veterem Eucani Scholiastem: *Etiam hoc ejus-hemistichium, Sub terris tonuisse putes;*

habes in vetere Lucani vita. Sed valde deceptus M. Antonius Delrius, cùm suis de Tragoedia in Senecam Prolegomenis arbitratur ex Seneca, ac Philostrato colligere sibi posse videtur, Neronem etiam Tragedias scripsisse. Apud Philostratum quidem non aliud legas, quam de citharoedo carmina canente, quæ ex Oreste, Antigona, & aliis Tragediis, Nero Latinè vertisset. Vide eum de vita Apollonii lib. iv, cap. xxxii.

Neronis etiam ævo fuit Cæsius Bassus, Poëta Lyricus; ad quem Persius scriptit satyram vii, ubi inter alia:

Ianne lyra, & tetrico vivunt ribi petitis chordæ?

Tetrico inquit, quia ad Sabinos se receperisset, quorum mons Tetricus. Mox ad eundem ait:

Atque marem strepitum fidis intendisse Latine,

Mox juvenes agitare jocos, & pollue honesto

Egregios lufisse senes.

Vnde argumentum eorum cognoscimus, quæ caneret Cæsius. Vedit eum Fabius: ac quanti fecerit arguit, quod dicat lib. x: *Lyricorum Horatius fere solus legi dignus. Si quem adjicere velis, is erit Cæsius Bassus, quem nuper vidimus.* Diomedes lib. iv, ex Cæsio Basso citat hoc carmen Molossicum,

Romani Gallis devictis sunt victores.

Quamquam in veteri quoque libro Celsius Bassus vocetur, versusque is sic concipiatur:

Romani victores Germanis devictis.

Auctor Scoppius Suspect. Lect. lib. v, epist. xxii. De *Celsi* nomine planè dissentio. Sed ut de Germanis Bassus scripsiterit, quia iis temporibus bellum Romanis semper cum Germanis. Non videtur verò is versus esse ex Lyricis: potius ex epico sit carmine: vel ex præfatione Lyricorum, quam prosa scripsisset. Nam & Oratoribus, ac Historicis ejusmodi sæpe versus exciderunt: ut ostendi Oratoriæ Institut. lib. iv, cap. iv, sect. iii. Sunt qui eidem Cæsio tribuant commentaria in Arateum. Sed de eo dictum nobis lib. i de Historicis Latinis, cap. xxii.

Neronis quoque ævo fuit Labeo; quem Persius signat initio sat. i:

Ne mihi Polydamas, & Trojades Labeonem

Præulerint.

Vbi sic Cornutus, vel quisquis ille vetus interpres: *Labeo transfluit Iliada, & Odyssean verbum ex verbo, ridicule satis, quod verba potius; quam sensum secutus fit. Eius est ille versus:*

Crudum manduces Priamum, Priamique pisinos.

Expressit verò hoc ex Iliados B.

Ωμὸν βεβεύθοις Πειάδον, Πειάδων τε παιδεῖ.

Nempe

Nempe *pisinos* posuit pro liberis. Puto esse à *pūsus*, quod pro pueris legas apud Lucretium; & veteri epigrammate in Cascam. Atque inde & *pūsio* ac *pūsillus*. Dicebatur vero is Poëta Attius Labeo, unde idem Persius capte satyra:

— *Non hic est Illeus Atti*

Ebria veratro.

Fuit & tum Euodus (Eudor.) Rhodius, Poëta Epicus, idque sermone Latino. Iam Suidæ tempore deperierat; ut apud illum legere est.

Antistius Sofianus facilitatis in Neronem carminibus probrofis, exilio malatus: ut ait Tacitus lib. xv Annalium, cap. xiv ex distinctione Freinsheimiana. Atque idem ejus meminit lib. xxxii Annal. cap. xxviii, & lib. xvi Annal. cap. xxi.

Venio ad eos, qui vixere sub Flavia gente, b. c. Vespasiano, ac filiis duobus, Tito, & Domitiano.

Duobus laudatis principibus, tertio illaudato; unde vetus epigr.

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit hæres!

Pene fuit rami non habuisse duos.

Ex iis, qui sub his claruere, supersunt Statius Papinius, Valerius Flaccus, Valerius Martialis, Decius Invenalis, & Sulpitia Poëtria, ac fortasse etiam Terentianus Maurus.

De his nihil Hieronymus in Chronicis, uti nec Poëtarum aliis post Persium ac Lucanum: cuius cauilla est, quod in prioribus Poëtis Latinis describeret Suetonii librum de Poëtis: is vero de hisce maluerit posteritati judicium relinquere, quia suæ forent ætatis scriptores.

Statius Papinius Poëta, qui sub Domitiano vixit, perperam confunditur cum Statio Poëta, cognomine Surculo, qui claruit sub Nerone. De Rhetore sunt illa Hieronymi in Chronicis Eusebiano: Olymp. ccix, an. 1, (est is Neronis secundus) *Statius Surculus Tolosensis in Galliis celeberrima Rheticam docet.* Ejus nomen verum ex Suetonii libello de claris Rhetoribus superest, ubi non *Surculus* vocatur, sed *Vrsulus*, uti & in Chronicis Msq ad S. Victoris. *Vrsi* enim, & *Vrsuli* familiæ sunt nomina, ut ex vett. inscriptionibus constat. At Papinius Poëta nec *Vrsuli*, vel *Surculi*, cognomen habuit, nec *Tolosensis* fuit, sed Neapolitanus. Reliquit v Sylvarum libros, xi i Thebaidos, v Achilleidos. In Thebaida & Achilleida commentatus Placidus Lactantius; quem necesse est post annum vixisse quadringentesimum cum Sedulium citer,

Theodosiani ævi scriptorem: imò & post quingentesimum fuerit, cùm Boëthii meminerit. Est verò commentarius ejus conto ex Servii Hygeni Mythologicis, & Astronomico Arateo, & quibusdam aliis, quos ad verbum exscribit. Est idem, qui argumenta reliquit Ovidianæ Metamorphoseos. Etsi non ignorem à quibusdam *Lacuum* dici. Prius nomen agnoscit & Boccacius lib. i de Genealogia Deorum*: *Lactans, insignis homo, doctusque, super Statuum scribens.* Nec displicet, quod suspicantur eisdem videri glossas, quæ Placidi dicuntur. Mirum verò Martialem, cùm adeò celebret Stellam Poëtam, de quo inferius dicam, non meminisse Statii, tanti amici Stellæ, ut ei miserit primum *Sylvoranum*. Nempe ab invidia id profectum videtur. Non ferebat Martialis Papinium tantopere in gratiâ esse apud Domitianum, idque ob extemporalē in carmine felicitatem, qua Martialis longè vincebatur. Parum autem Papinio fuisse Martialem ex eo colligitur, quod nunquam æqualis sui meminerit: tum aliis, quæ legas apud Gevartium ad i Silvarum, cap. xxxv.

C. Valerius Flaccus è *Setia* fuit, Campanæ urbe: sed in Veneta re-
gione sedem habuit: unde spem Antenorei laris vocat *Martialis lib. i, epig. LXXXIX.* Reliquit octo Argonauticorum libros; sed imperfectos, unde Quinctilianus conqueritur in ejus obitura multum fuisse amissum. *Quām* Martiali fuerit carus, liquet ex eo, quod ibidem vocet *cūrārum p̄c̄tūm nō vīlē s̄carūm.* Pauperem fuisse, ex eodem epigrammate co-
gnoscitur.

M. Valerius *Martialis* Bilbili in Cœliberia natus, tempore *Audii* Imper. sub Nerone annos natus xx Romam venit, atque annos istic egit xxxv, Tiro, ac imprimis Domitiano cattis fuit, à quibus & donatis jūrē trium liberorum. Etiā tribunus, & equestris dignitatis fuit. At non item in honore fuit mortuo Domitiano. Itaque sub Trajano in patrīam rediit: atque ibi conscripto libro epigrammatum duodecimo, partim tædio patriæ, quia non in honore est, quanto fuerat Romæ, partim etiam à civibus suis fugillaretur, tædio vitæ, ut verisimile est, decepsit. De morte ejus exstat epistola Plinii ad Priscum. Coquus vo-
catus non puto Lampridio, attamen Ioannī Satisberiensi lib. viii Cū-
rialium, cap. xiiii, Iacobo Magno Toketano in Sophologio plus xxv
locis, Viricentio Belluacensi lib. iii Speculi Doctinalis, cap. xxxvi i,
semel item Richardo Buri in Philobiblio. Nec repugnet quo minus ei hoc nomen à paterno opificio adhæserit. Non dubium, quin ejus sint
xiiii epigrammatum libri: quodrum duo postremi Xeniorum, & Apho-
retorum libri dicuntur. Sed, qui præmitti solet, spectaculorum libel-
las, videtur esse collectus è variorum libellis, qui Domitiani spectacula
celebra-

celebrarint. Vt & in Priapejis factum , ubi quædam Catulli , Tibulli , Ovidii , Petronii , aliorumque.

Decius Junius Iuvenalis Aquinas fere ad medianum usque ætatem declamavit : postea vitiis offensus Satyras scripsit. Sed cum schemate noctislet Paridem pantomimum , jam octogenarius specie honoris præfetus est cohortis in extima Ægypto. Atque istic verisimile est scripsisse Satyram de portentis Ægypti , quæ ad Volusium ; & ad Gallum alteram de militiæ incommodis.

Sulpitiae satyra exstat unica. Sed castos præterea aurores scripsit marito Calæno. Meminit eorum præter Martialem , (qui lib. x , epigr. xxxv , impensè laudat) Sidonius Apollinaris carm. ix . Credo ex iis esse illud apud Iuvenalis interpretem in sat. vi .

Ne me caducis destitutam fasciis

Nudam Calæno concubantem proferat.

Caleni meriti ipsa meminit in satyra ; ac Martialis quoque epigr. xxxviii libri memorati. Est ejus de fœse in eadem satyra :

Primaque Romanas docni contendere Grajis.

Fortasse vero & tum vixit Terentianus Maurus , cuius suavissimum carmen supereft de arte metrica. Id quidem necesse est fateri , si is est de quo Martialis lib. x , epigr. LXXXVII :

Tam longè est mihi , quam Terentianus

Qui nunc Niliacum regit Syenem.

Mirè vero de ætate hujus Terentiani loquitur Lilius Gyraldus in Historia Poëtarum dialogo x *. Quippe cum dixisset , non liquido se comperisse , quando hic vixisset , subiungit ea floruisse tempestate , qua Latinæ literæ in Africam migravere : hoc autem factum ait Septimii , quem ipse alibi Statii Papinii æqualem facit. item tempore Appuleji , qui vixit , sub divis fratribus. Adhæc tempore Severi , qui sub Severo claruit. Tum ait tempore Cypriani , qui fuit tempore Valeriani ; ac denique concludit , fuisse non multo ante tempora Constantinorum. Ita ut spatium ab eo assignatum annos contineat quasi ducentos. Puto Terentianum Maurum esse eum ad quem librum suum scripsit Longinus : Eum compellat ubi comparat Demosthenem ac Ciceronem , ac Terentiano ait se accuratius judicium relinquere , ut Latinè doctiori.

Ex desperatis sunt isti: Curiatius Maternus, Sallacus Bassus, Curtius Montanus, Titus Vespaianus, ac frater Domitianus, Turnus, Scava Memor, Aruntius Stelle, Codrus, Paccius, Faustus, Rubrenus Lappa, Canius, Passienus.

Curia-

* pag. 364.

Curiatus Maternus Tragoediām scripsit Médeam & Thyestem, ut videre ē scriptore de caussis corruptæ eloquentiæ: qui dialogus sexto Vespasiani anno habitus fingitur, ut satis inde Materni ætas difuseat.

Sallejus Bassus à Vespasiano Imperatore L. festiūis est donatus. Ve
egregium Poëtam celebrant Tacitus, ac Fabius. Diximus de eo in Hi-
storicis Latinis lib. I, cap. xxii.

Sub Vespasiano etiam clariuit Curtius Montanus Orator: quēm &
carmina scripsisse docent illa Taciti: *Num Montanum defestanda carni-
xerat antem, eludere impune sinerent?* Ac post pauca: *Indignum, Mon-
tanum, probè viventem, extorrem agi, quia famosi carminis protulerit inge-
nium.* Meminī quoque lib. IV Histor. Exstat quoque ad eum epistola
Plinii lib. VI, de monumento Pallantis liberti.

Titum carmine Latino multum polluisse, dixi cum de Poëtis Græ-
cis ageremus.

Domitianum item multum eo valuisse, scimus non ex Fabio modo
cui Poëtarum maximus vocatur, (hic enim videri possit adulari, quia
fororis eset liberis præfetus) sed etiam ex Martiali, & Valerio Flac-
co*. Nec movet, quid Tacitus ait magis simulasse Poëticam, quam
amasse. Nam Aratea translatio, quantum valuerit, testatur. Siquidem
eam Domitiani esse vix dubitandum, qui Germanici nomen a vita
gente meruit.

Sub Tito & Domitiano fuere duo fratres Turnus, Poëta Satyricus,
Scæva Memor, Poëta Tragicus, Canius, Passius.

Duorum priorum meminīt Martialis lib. XI, epigr. XI:

Conrāit ad Satyras ingentia pectora Turnus.

Cum non ad Memoris carmina & fraser evat.

Meminīt & utriusque vetus Iuvenalis Scholiastes in sat. I., & Sidonius Apollinaris carm. V. Turni memorat Rutilius in Itinerario:

Nec Turnus potior, nec Iuvenalis erit.

De Memore est hoc Martialis lib. XI, epigr. X:

Clarus fronde Iovis, Romani fama cothurni.

Spirat Apollēa redditus arte Memor.

Fulgentius Planciades ex Memoris Tragoedia Hercule ditat hæc ver-
ba: *Ferte suppetias optimi comites.* Non prætereundum putavi, Iosephum
Scaligerum in ea suspicione fuisse, Tragoediām Octaviam, quæ Seneca
tribuitur, esse Scævæ Memoris.

Aruntius Stella carmine descriptis Domitianī victoriā de Sarma-
tis. Item ut Cætullus Lesbiæ, sive Clodiæ suæ passerē epigrammate
celebravit, ita & hic carmine columbam suæ Ianthidos sive Violantil-
lae, vel, ut à se ipse maluit vocare, Asteridos, quia stella Græcis aīng:

imō

imò & ab *āstīeḡ*, *ster̄a*, à quo *sterula*, unde *stella*. Mirà verò adulatione Martialis non dubitavit scribere tanto præstare columbam stellæ passeri Catulliano : quanto columba passere est major. Nempe tam bono iudicio hoc scriptum, quām Martialis ac Statius Lucanum præferunt Maroni. Quid insulsius ? Stellæ & Violantillæ nuptias celebrat Statius in primo Sylvarum.

De Codro Theseidos auctore, à Iuvenale deriso occasione alterius Codri antea diximus. Veteri tamen Iuvenalis Scholiaste ad Satyram primam is *Cordus* dicitur. *Cordus hic Poëta fuit vitiosus, qui Tragœdiam Thesei scriptis. de quo Virgilius dixit.*

Iisdem temporibus à Paccio Alcithoen editam, à Fausto Thebas, & Terea, à Rubreno Lappa Atrea, Peleopeam, Philomelam, ex Iuvenalis fat. vii cognoscimus.

Item in Poëtis eo tempore Marcus Vnicus, Ligurinus, Lustricus Brutianus : de quibus apud Martiale. De postremo etiam apud Plinium. Sub Domitiano etiam Romæ fuit Theodorus Poëta, cuius domus & poëmata combusta, ut Martialis tradit lib. xi, ep. xciv. Iudæum fuisse indicat sequens epigramma. Nam eundem fuisse, testantur veteres libri.

Domitiani etiam ætate, ac fortasse deinceps, claruit Canius, Poëta Gaditanus : de quo Martialis lib. iii, epigr. xx. Facetum fuisse, ac risum aliis ciere, ipsumque ridere solitum ex eo epigrammate cognoscas : item ejusdem libri epigr. LXIII. Vxorem habuit Theophilam, magnæ literaturæ ac judicii : alteram Sappho, sed moribus meliorem. Vnde Martialis lib. vii, epigr. LXVIII :

Castior hæc, & non doctior illa fuit.

Etiam Licinianus tum fuit : cui patria eadem, ac Martialis : unde ille lib. i, epigr. LII, postquam de Catilli, Maronis, & aliorum Poëtarum patria dixisset, subiungit,

Te Liciniane gloriabitur nostra,

Nec me tacebit Bibilis.

Nec enim Liciane lègi debere, arguit, quod prima sit correpta : ut illo Catulli :

Hesperno Licini die orioſi.

Voconius Victor, ut Poëta celebratur, Martiali lib. vii, epigr. XXVII, de Testilo puero. Vide de eo Plinium lib. ii, epist. ad Priscum. Adrianus Cæſar, ut est apud Appulejum, tumulum ejus veneratus : & de eo scripsit,

Lascivus versu, mente pudicus erat.

Apollinaris etiam tum vixit, quem celebrat Martialis lib. vii, epigr.

xv. Eum in Poëtis memorat Lilius. Sed non sat firmo argumento. Nec enim si delectaretur epigrammatis, eo & ipse fuerit Poëta.

Nec satis video, cur æqualem eorum Votenum referat inter Poëtas. Scio illud Martialis lib. viii, epigr. LXXII:

Docti patria Narbo Voteni.

Sed non si doctus, eo Poëta.

Passienus item sub Flaviis, ac deinceps, claruit. Poëta fuit elegiacus, patria Mevaniensis ex Umbria, Propertii Poëtæ nepos, vel pronepos, eumque in elegiis imitabatur. Plinius lib. vi epist. ad Romanum: *Mirificæ rei non interfueristi: ne ego quidem, sed me recens fabula exceperit. Passienus Paulus, splendidus eques Romanus, & imprimis eruditus, scribit elegos. Gentilitium hoc illi. Est enim municeps Propertii, atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. Is cum recitaret, ita cœpit, PRISCE JUBES.* Subdit deinde, ut eo sic exorfo Priscus Iabolenus, egregius Jurisconsultus, sed dubiæ sanitatis, responderit, *Ego verò non jubeo: atque inde magnus sit ortus risus: eaque res Passieno recitanti multum attulerit frigoris.* De tribus Passienis avo, patre, filio, multa Andreas Scottus dissertatione de claris apud M. Senecam Rhetoribus. Is de quo nunc sermo, ab elegiis postea se ad Lyrica convertit, atque uti in elegiis Propertium, ita in Lyricis Horatium sibi imitandum proposuit. Testis idem Plinius lib. ix epistolâ ad Severum: ubi & plura de ejus laudibus. At planè aliis est Vibius Passienus, qui sesquifeculo post sub Gallieno Proconsul Africæ fuit; ut Trebellius Pollio narrat.

Sub Domitiano etiam ac Nerva fuere duo impurissimi Poëta, SABELLUS, qui varia concubituum genera descripsit, & Musæus, qui Latino itidem carmine mollissimo scripsit.

De Sabello testis Martialis lib. xi, epigr. XLIII. De Musæo ejusdem libri epigr. xcix.

C A P V T I V.

De Poëtis Latinis à Nervæ & Trajani temporibus, usque ad Romani imperii finem in Occidente.

Altera decrescentis etatis pars, à Trajani temporibus extenditur, usque ad Romam ab Odoacro captam. Hoc temporis intervallo vixerunt Terentianus Maurus, Syenes in Egypto praefectus,

etius, cuius de re metrica elegans exstat opus; Calpurnius, & Nemesianus, Bucolici scriptores, posteaque Prudentius, cumque Paulino suo Ausonius: item Claudianus, grandis spiritus Poëta, atque alii.

Dividemus hoc tempus in tres partes à Trajano usque ad Constantium M. qui imperii sedem Constantinopolim transtulit: inde ad divi- sum imperium à filiis Theodosii Magni, Arcadio, & Honorio. Hinc ad Occidentis imperio à Monyllo Augustulo amissum.

Paucos è singulis dabo temporibus. Ac primùm de primo.

Trajani temporibus fuit Virgilius Romanus, Poëta Comicus, atque idem mimijamborum scriptor.

Præclarum ejus elogium est apud Plinium lib. vi, epist. ad Caninum Rufum.

Ipse etiam Adrianus Cæsar carmine certavit: ut cum Iulio Floro, in quem ejus Anacreonticos refert Spartanus. Ibidem &c leges jambicos, quos moriturus fecit. Sunt verò satis venusti, ut caussæ nihil fuerit, cur eos Spartanus diceret non esse meliores, quam quos Græcè fecit: præfertim cum & Græci satis sint elegantes: ut alibi diximus. Pentametrum in tumulum Voconii habemus apud Appulejum in Apologia. Eru- ditissimus Pithœus putabat etiam Hadriani esse quindecim illos Ana- creonticos in tertio veterum epigrammatum sect. xi. Sed ut dissentiam facit, quod sæpius in metrum peccatur. Fortasse tamen Græcè scrip- ferat Hadrianus: quæ sic aliis vertit. Verius Hadriani est, quod in eadē epigrammatum Collectione legitur lib. iv, atque incipit*, *Vi belli sō-* * pag. 158. *nueri tube.*

Trajani, & Adriani aeo fuit Annæus Florus.

De Trajano arguit præfatio, quam præmisit libris iv Histor. Rom. De Adriano cognoscimus, ex ejus versiculis ad Adrianum, & illis, qui- bus Hadrianus respondit: item epistola Flori ad Hadrianum: unde Charisius hæc citat verba: *Poëmatis delecto.* Nam eundem esse, ac His- toricum illum, vel declamatorem verius ostendimus lib. i de Histor. Latinis, cap. xxx. Vbi & dicimus, hujus Flori videri Octaviam Sene- cæ, Philosopho perperam tributam, (nec enim eo dignum) errorem que ex eo ortum quod & Florus iste L. Annæus Seneca diceretur.

Sub Trajano & Hadriano etiam fuit Annianus: de quo ita Agellius lib. vii, cap. vii: *Annianus Poëta, præter ingenii amoenitates, literarum quoque*

quoque veterum, & rationum in literis oppido quam peritus fuit. Meminit idem lib. xx, cap. viii: *Annianus Poëta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilarè atque amoeniter. Ad eos dies me, & quodam item alios familiares vocavit. Ex iis ætas satis dilucet. Anniani versuum Fescenninorum, quales in nuptiis cani solet, meminit Idyllio xxviii, in quo cento nuptialis.*

Sub Hadriano, & Antonino Pio fuit Iulius Paullus, qui Agellio lib. xix, cap. vii dicitur, *Poëta, vir bonus, & rerum literarumque veterum impensis doctus.* Laudat quoque lib. i, cap. xxii, & lib. v, cap. iv.

Marcus Marullus mimos docuit temporibus M. Antonini Philoſophi. Vide de eo Capitolinum. Hujus est illud apud Servium †: *Tu, ut Hector ab ilio nunquam recedis. Lufit in voce illi, non solum notaret urbem Trojanam, sed etiam intestinum tenue, quod ille, non illam vocatur.*

Tertullianus Carthaginensis Severi Imper. temporibus vixit. Inter cætera carmine scripsit libros quinque adversus Marcionem: sed quos non absolverit. Sibi enim erectos queritur, & mendosissimè editos. Et sanè si ex iis, quæ nunc habemus, metiendus sit Tertullianus, non mereatur in Poëtis locum. Sanè quoties in metrum peccet liquet vel ex paucis illis, quæ in secundo de arte Grammatica, cap. xxix. Idem secundam in Ecclesia, nempe altero c exempto, corripere non dubitavit. Ut secundo adversus Marcionem:

Sic & Apostolico decurrat Ecclesia verbo.

Et in tertio:

Esse caput Christum, sum cuius Ecclesia membra.

Quod exemplum in hac ipsa voce Paulinus, & Venantius Fortunatus, sequi non dubitarunt. Credo esse ex eo, quod iis temporibus similiter pronunciarent. Ejusdem Tertulliani, (quemadmodum ex vett. libb. cognoscitur) est carmen de Sodomis, quod Cypriano tribui solet. Carmen etiam de Iona ac Ninive, ejusdem est auctoris. Habes in Bibliotheca SS. Patrum Tom. ii, edit. ii.

Sub Severo, filioque Caracalla, vixit Q. Serenus Samonicus. Per multa scripsit partim ad historiam pertinentia, quæ universa periére: partim ad rerum naturam, ex quibus soli de medicina libri carmine conscripti ad nos pervenerunt. Congesserat ingentem Bibliothecam: ut in qua forent ad LXII millia librorum. Eo à Caracalla in coena interempto de quo testis Spartianus, filius Bibliothecæ hæres fuit. Is præceptor fuit junioris Gordiani: cui & moriens omnem reliquit Bibliothecam: eoque is in doctorum imprimis notitiam pervenit. Vide quæ diximus in Historicis Latinis lib. ii, cap. ii.

Toxotius

Toxotius Senator poëmata reliquit. Etatem inde cognoscimus, quod uxorem habuerit Iuniam Tabillam Antonini Cæsaris proneptem. Poëmata etiamnum exstabant tempora Capitolini.

Gordianus Cæsar pater, quæ carmine scripsiterit, refert his verbis Capitolinus in Gordianis. Scriptis etiam ille Antoniniada, hoc est, Antoninum Pium, & Antoninum Marcum, versibus diserrimis, libris xxx, vitam illorum, & bella, & publicè privatimque gesta perscribens.

M. Aurelius Olympius Nemesianus Carthaginensis Poëta Cynegeticon reliquit. Item Eclogas iv. Ad eundem T. Calphurnius Siculus misit Eclogas vii. Meminit utriusque Flavius Vopiscus. Ex quo etiam videre est, vixisse eos temporibus Cari Imperatoris, ac filiorum ejus Charini, & Numeriani. Præterea Lilius Gyraldus adfert fragmentum ab Actio Sannazario sibi ostensum, quo eos, quos diximus, celebrat Imperatores: ut de ætate satis sit apertum. Nec parum hi Poëtae eidem Sannazario debent. Siquidem is codicem vetustum Longobardicis literis scriptum ex Galliis attulit: in quo præter Gratii Cynegeticon, & Ovidii Halieuticon, sed ἀνέφαλον, etiam Nemesianus, & Calpurnius forent. Descriptum verò Georgio Logo Silesio eruditio juveni donavit: qui universos Paulo Manutio * excudendos dedit. Mirum verò duos illos jam temporibus nepotum Caroli M. ante annos prope octingentos solere prælegi in Scholis. Sic enim eorum temporum scriptor Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus ad Hincmarum Laudunensem: *Aliter respondere non potuit, nisi ut venatores fere lustra sequentes agere, auditu & lectione puer scholarius in libro, qui inscribitur, Cynegeticon Carthaginensis Aurelii didici, &c.*

B. Cæcilius Cyprianus Carthaginensis Episcopus est factus sub Philippo Imperatore, anno Christi ccl. Ac porro ea in dignitate fuit cum sub Decio, Gallo, & Volusiano, tum Valeriano, & Gallieno: sub quibus persecutione contra Christianos octava anno Christi cclx coronam martyrii accepit. Quatuor ei carmina tribuuntur. Primum Genesis. Tum Sodoma. Sed Tertulliani creduntur à Sixto Senensi. Hinc carmen in Senatorem Apostatam. Quod ut Cypriani non sit, antiqui tamen est scriptoris. Ac postremo Hymnus de Pascha Domini. Verum nonnulli codd. præferunt nomen Victorini Piæstiensis.

Gallienus etiam Cæsar, Valeriani ejus filius, qui captivus in misera servitute apud Persas confenuit, carmine excelluit. Specimen sunto hi versi, è carmine quod fecit, cùm fratrum filii ducerent uxores:

Ite, ait, ô pueri, pariter sudate medullis.

*Omnibus inter vos: non murmura vestra columbe,
Brachia non hederæ, non vincant oscula couchæ.*

Numerianus Cæsar quantum valuerit poësi, hæc de eo indicant verba Flavii Vopisci Syracusii: *Versu talis fuisse prædicatur, ut omnes Poëtae sui temporis vicerit. Nam & cum Olympio Nemesiam contendit, qui & lido-nia, & vnyx & scriptis, quique omnibus coloniis illustratus emi- cuit, & Aurelium Apollinarem jamborum scriptorem, qui paris ejus gesta in literas retulit, iisdem, quæ recitaverat, editis, veluti radio Solis obtexit.*

Sub Constantino Magno claruit Arnobii discipulus Rhemnius Fanius, Grammaticus, & Poëta, Arnobii discipulus, ut ait Hieronymus, qui aliis Favinus, & cum Fannio Palæmone, de quo in Claudiani dictum temporibus, confunditur à nonnullis. Fannius iste elegans carmen de medicinalibus misit ad Lactantium Firmianum. Ac ejusdem videtur liber carmine hexametro exaratus de ponderibus, ac mensuris: Perperam Prisciano attribui solet.

Sub Constantino M. etiam claruit Tiberianus: de quo sic Hieronymus in Chronico Eusebiano Olymp. CCLXXVIII, an. IV: *Tiberianus vir disertus præfetus prætorii Gallias regit. Aliqui tamen Mssi habent Tidianus. Hujus Tiberiani, ut Gyraldus censet, est versus iste:*

Aerum quo precio referantur limina divum.

Atque ejusdem putat versus, quos citat in Mythologico: item in explicatione sermonis antiqui, ubi Tiberiani trochaicus iste adfertur:

Aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.

P. Optatianus Porphyrius Panegyricum misit Constantino Magno, eoque meruit ab exilio revocari. Non tam ingenium, vel spiritum Poëticum, in eo laudes, quam ingentem laborem atque industriam. Meminere Hieronymus in Chronico, Fulgentius in Mytholog. II, ubi de Venere, Beda de arte Metrica, & Rhabanus Maurus prologo libri de laudibus S. Crucis. Prodiit ex Velsleriana Bibliotheca Augustæ Vin-del. * Valde deceptus fuit doctissimus Baronius, cum putaret, carminis hujus auctorem fuisse Porphyrium illum, qui contra Christianos scripsit.. Vide quæ dixi in Græcorum Historicorum Historia lib. II, cap. XVI.

* an. 1595. Iuvenacus presbyter, nobilis Hispanus claruit iisdem temporibus, teste Hieronymo: nempe circa an. CCCXXXI, ut est apud Prosperum Euangelicam historiam, Matthæum fecutus, libris IV versu hexametro expressit. Ex eo & B. Hieronymus comment. in Matthæum hunc versum laudat:

Aurum, ibus, myrram, regique, hominique, Deoque.

Idem Hieronymus in Viris illustribus ait & quædam hexametris versibus scripsisse, quæ ad ordinem Sacramentorum pertineant:

Lactantius Firmianus, Arnobii discipulus, Nicomedia Rhetorice docuit.

docuit. A Constantino M. præfectus fuit studiis Crispi Cæsaris, à patre postea interemti, cum incestus, falso licet, accularetur. Carmine hexametro Odœporicon, teste Hieronymo scripsit. Fuit hoc de itinere ejus ex Africa Nicomediam usque. Tribuuntur ei carmen de Passione Domini: item de Resurrectione, ac Paschate. Sed sunt ea Venantiani Fortunati. Adhæc adscribitur ei carmen de Phœnicio: sed hoc hominis videtur gentilis: cùm de Phœbo loquatur, ut vero numine, ac Phœnicio, tanquam ejus sacerdote.

Sub Constantio, principe Arriano, fuit Hilarius Piëtaviensis, Episcopus; qui primus hymnorum gloria claruit: ut est apud Isidorum lib. de Officiis Ecclesiast. Tres hodie superlunt hymni. Ille verò, qui inscriptus Aspræ sorori, tanto est viro indignus.

Sub Constantio etiam Romæ Rheticam docuit Marius Victorinus Afer: B. Hieronymi in Rheticis præceptor, cuius carmen hexametrum supereft de vi fratribus Maccabæis cum matre ab Antiocho Epiphane interemtis. Vide de eo Hieronymum in Viris illustribus.

Extremis liberorum Constantini temporibus, ac sub Iuliano Cæsare ac Valentiniano claruit Aquilius (al. Attilius, vel Cacilius) Severus: de quo sic Hieronymus in Scriptoribus Ecclesiasticis: *Aquilius Severus, in Hispania, de genere illius Severi, ad quem Lactantii duo epistolarum scribuntur libri, composuit volumen, quasi ὁδοινεπονητή, totius sua vite statim continens, tam profā, quam versibus, quod vocavit κατασπόφιων, sive τεῖπαν, & sub Valentiniano Principe obiit.* In collectione epigrammatum & poëmatiorum veterum, quæ Lutetiae Parisiorum prodidit * cura Petri Pythœi (is enim & collectionis, & notarum auctor, et si nomen non expressit) legas Eclogam bucolicam sic inscriptam †: Carmen Severi Sancti, id est, Endeleichi Rhetoris, de mortibus boum. Sed annotat Pithœus, videri hunc eo, de quo Hieronymus, antiquiorem.

Ausonius Burdigalensis vixit Valentianio, Gratiano, & Theodosio Imperatoribus, ac à Gratiano discipulo ad Consulatum etiam electus fuit, post quem & varia jam senem scripsisse, ipse indicat. Poëta fuit gentilis, quemadmodum ex Paullino liquet: ut quæ Christum celebrant, perperam illi fint tributa. Guilhelmus Canterus Prolegomenis in Euripidem: *Ausonii disticha, quæ hæc tenus Catoni vulgaris adscripti.*

Gratianus Cæsar Ausonii Poëtæ discipulus fuit. Deque eo sic Sextus Aurelius Victor: *Fuit autem Gratianus literis hanc mediocriter institutus: carmen facere, ornare loqui, Rhetorum more.* Hæc in Principe pulchra: vix tanti tamen, ut eò Poëtis accenseri mereatur.

Gratiani ac Theodosii temporibus fuit Rufus Festus Avienus: qui Aratum, & Dionysii ~~τελετήν~~ carmine Latino transtulit: item carmen jambicum

* an. 3590.

† pag. 448.

jambicum de oris maritimis scripsit idque ad Probum Consularem, ut versu primo, & sèpius sequentibus indicatur. Multa ex veteribus libb.

* In Epigrammaris & Poematis vett. Lutetia excuss. † Paris. edit. an. 1590.

in utroque opere emendatus edidit Pithœus *. Nec alium puto Avienum, quem loquentem inducit Macrobius in Saturnalibus. Idem etiam videtur, qui fabulas Æsopicas carmine signavit elegiaco. Quamquam in nonnullis codd. is *Amanus*, atque etiam *Anienus*, imò & *Abidrus* vocetur. Præterea epigrammatum veterum à Pithœo collectorum lib.

iv † est Festi Avieni Sirenum allegoria. Item carmen ad Flavianum Myrmeicum v. c. † Atque aliud ad amicos de agro *. Præterea verò universum Livium jambicis versibus expressit: ut auctor est Servius in x Æn. Atque idem & alibi ejus meminit. Quid mirum, cum & ille Macrobius fuerit æqualis? Etiam, ut nuperi scriptoris, mentionem facit B. Hieronymus comment. in epist. ad Titum. Diximus de eo quoque lib. xi de Historicis Latinis, cap. ix.

Valentiniani, Gratiani, Valentiniani junioris, & Theodosii Magni temporibus Romanæ Vrbis Episcopus fuit Damasus Hispanus: cujus carmina varia leguntur, hymni etiam canuntur in Ecclesia. Ut Poëta etiam celebratur à Suida. Octogenarius sub Theodosio discessit, ut est apud eundem Suidam.

Temporibus Maximi Cæsaris, qui Gratiano interemto tyrapnidem invasit, fuit Latronianus Hispanus, Poëta celebris, sed Priscilliani collega quicum Treviris à Maximo est ob hæresin capitis damnatus. De hoc sic B. Hieronymus in scriptoribus Ecclesiasticis: *Latronianus provinciae Hispaniae, valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, cæsus est & ipse Treviris cum Priscilliano, Felicissimo, Iuliano, Euchrotia, ejusdem factionis auctoribus. Exstant ejus ingenii opera, diversis metris edita. Contigit hoc anno Christi CCC LXXXV. Cæterum qui in Hieronymi codd. Latronianus, is Sophronio interpreti dicitur Marromianus. Atque ita apud Hieronymum quoque legere maluit Erasmus.*

Titianus Rhetor apud Visontionem & Lugdunum scholam rexit municipalem: ut cognoscere est ex Ausonii Gratiarum auctiōne. Atque idem jambicis senariis sive trimetris apologetis scripsit; unde idem Ausonius epist. ad Probum, Prætorio præfectum:

Æsopiam trimetram,

Quam verit exili stilo

Pedestre concinnans opus

Fandi Titianus artifex.

Sub Theodosio item claruit Marcellus vir illustris, Exmagistro Officior. Theodosii Imp. Hujus carmen de Medicina est in epigrammatis ac poëmatiis vett. à Pithœo collectis, ac Lutetia editis †.

† an. 1590.

Gra-

Gratiani ac Theodosii temporibus fuit Ambrosius, Mediolanensis Episcopus, septem fecit hymnos de opere creationis, quorum meminit B. Augustinus lib. ix Confessionum: ac duocola recitat ex hymno septimo: quod & à Beda factum lib. de re Metrica. Præterea ei adscribuntur hymni xxvii. Vide tom. v operum ejus. Disticha scripta in Basilica Ambrosiana, quæ ipsius Ambrosii creduntur vide tom. viii Bibliothecæ SS. Patrum, edit. ii. Excessit anno **ccccxcvii**, qui tertius Honorii, & Arcadii.

Sub Theodosio Magno, ejusque liberis, claruit Aurelius Prudentius Clemens. Natus is fuit F. Philippo, & Salea Cosl. anno Vrbis **clo cl.** Vt ipse indicat in Præfatione *Kαθημερινῶν*:

*Irrepit subito canities seni,
Oblitum veteris me Salic Consulis arguens
Sub quo prima dies mibi.*

Prout nunc in optimis est libris: ubi priores perperam *Messaliæ*, vel *Massaliæ*.

Reliquit carmine Φυχομαχίαν, παθημερινὸν, Στοθέων, αὐλαγήθεον, τὸ επάφανον, sive de martyrum coronis, & duos contra Symmachum libros. Vide de eo Gennadium, & quæ dixi lib. xi Historiæ Historiorum Latin. cap. x. Inter opera Prudentii etiam legitur enchiridion veteris & novi testamenti. Cujus auctor Amoenus dicitur in Mssis. Aliqui Sedulio tribuunt: de quo postea.

Claudianus, Poëta magni spiritus, ab Arcadio, & Honorio, statuam meruit in foro Romano. Alexandrinum fuisse, ex eo recte colligebat Crinitus, quod ipse epigrammate ad Gennadium Proconsulē scribat:

Granorūn populi, & Nostro cognite Nilo.

Gentilis fuit, ac quidem pervicax: ut ex Augustino, & Orosio constat. Nec obstat carmen de Christo, quod in editione Veneta Andreae Asulanii, Claudiani nomen præfert. In aliis enim libris adsignatur Damaso Papæ. Nec ignoro etiam in nonnullis Mssis Claudiani nomen inveniri. Sed ut Claudiani esset, non hujus fuerit, sed Claudiani Marmerti, qui sub Zenone vixit.

Pontius Paulinus, Episcopus Nolanus, claruit sub Theodosio M. & ejus liberis: licet Georgius Fabricius referat ad tempora Marciani Imp. Hieronymo, & Augustino laudatur. Ad Ausonium præceptorem ejus carmina habemus, uti & Ausonii ad Paulinum. Condidit & carmine sex libros de vita S. Martini, item carmen de Natali Celsi pueri, item S. Felicis Nolani, atque alia, quæ supersunt. Sed deperiit poëma de regibus, quo Suetonium in compendium redegerat. Atque ex eo

poëmatio versus aliquos Ausonius conservavit. Vide de eo plura lib. **xi** de Histor. Lat. cap. **xii**. Nunc solum addam, ævi vitio potius, quam suo, saepius negligere modulum syllabarum. Ut cum H ei consona censetur. Hinc epift. **xi** ad Ausonium :

Sibi reposcens ab homine munus suum.

Senarius est jambicus sede tertia habens tribrachyn. Ejusdem est istoc ad Cytherium :

Exul soli, & hospes sali.

Similiaque alibi. Mediam quoque in *abyssus* pro abyssus idem corripit Paulinus carm. **xxvi** :

Efractisque abyssis calos penetravit apertos.

Paullini est lib. **i** de vita B. Martini :

Sed meritum manerante Deo. —

Nempe eadem licentia, ut in Notis monuit Franciscus Jurensis, qua primam in *Evangelium* corripit. Item in *Erumna*. Ut lib. **ii** ejusdem operis :

— Tristem miseretur erinnam.

Diaconus Paullino trisyllabum : ut lib. **xi** de vita S. Martini :

Sed Diaconus qui forte aderat vix codice rapto.

Atque alibi non semel. Idem lib. **iv** de vita priorem in *clamor* corripit. Quod &c, secundum veteres codd. factum Iuvenco lib. **iv**.

Idem Paullinus Nat. **iy** Felicis :

Cum pia sacrilego quateretur Ecclesia bello.

Ac similiter non semel de vita B. Martini. Ac præisse in eo Tertuliano dictum antea.

Flavius, Hieronymi æqualis, carmine hexametro de re medica scripsit. Hieronymus contra Iovinianum: *Legat, qui volet, Aristotelem, & Theophrastum prosa, Marcellum Siditem, & nostrum Flavium, carmine disserentes.*

Honorij quoque temporibus viguit Licienius Hipponensis, B. Augustino, Hipponensi antistiti, perfamiliaris : qui in Academicis ejus meminit, ut Poëtae celebris, item exarati ab eo poëmatis de amoriibus Pyrami, ac Thisbes. Mentionem etiam faciunt Paulinus, ac Posidonius. Præterea hymnos, & alia reliquit.

Honorii item ætate, post Stilonis cædem & Romanam ab Alaricho captam, quod fuit anno Chr. **cccc x**, fuit Rutilius Claudius Numatianus Gallus: cuius habemus Itinerarium carmine eleganter prescriptum, sed odium spirans religiosis Iudaicæ, ac Christianæ. Observat verò Pithœus *ex ordine navigationis, & itinere, videri quadam in eo conserta ac transposita.* Plura de eo lib. **xi** de Histor. Lat. cap. **xv**.

Æqualis

Aequalis illi Decius satyricus, qui Rutilio dicitur
— Lucilli nobile pignus.

Ac de eodem inquit,

*Hujus vulnificis satyra ludente, Cancenis
 Nec Turnus potior, nec Iuvenalis erit.
 Instituit veterem censorum lima pudorem,
 Dumque malos carpit, præcipit esse bonos.*

Theodosiani vel Honorii a^o vixisse videtur scriptor Comœdiæ, quæ Plauti Querolus, vel Aulularia est: quemadmodum etiam judicat Petrus Daniel, qui primus edidit, ac Cardinali Odoni Colignio Castilionario dicavit. Atque hoc partim è dictione colligit, partim quod inscribitur Rutilio: is autem videatur Rutilius Claudius, Itinerarii scriptor, de quo proximè loquebamur. Aliis autem putatur auctor Gildasius Brito: quemadmodum etiam apud Barthium in Adversariis est lib. XLIV, cap. ix: qui & eo, & proximo capite totus est, ut hanc fabulam expendat. Is vero Gildasius Brito non est alius, quam Gildas Bathonicus, sic dictus ab urbe Badonis, quæ nunc Bathonia in Sumerfensi Anglia agro sita. Gildas is natus fuit anno I^o xx, historiam vero suam edidit anno I^o LXIV: ut ostensum Reverendissimo doctissimo que Viserio in Ecclesiasticis Britannia Antiquitatibus extremo cap. xiiii. Ut tum fuerit annorum tantum XLIV. Sed credibile est cōplures post annos vixisse. ut propterea Polydorus Virgilius referat ad an. I^o LXXX: nisi potius is fecutus Rodolphum de Diceto, qui, sed perperam, scripsisse opus memoratum ait anno I^o LXXXIV. Trittheimus vero claruisse dicit an. I^o c. Verisimilius foret tum obiisse. Cæterum quo minus fabula hæc Gildæ ejus videatur, facit quod dictio sit venustior, & facilior, quam in epistola de excidio ac conquestu Britannia: de qua diximus lib. ii Historia Historicorum Latinorum, cap. xxii. Quamquam dicere possis, Comœdiam scripsisse, cum adolescentis, ac recens esset à studiis literarum, & literati, seu magistri, seu alterius operæ assidue adjutaretur: at jam annis graviorem, ac præterea gravatum cura Ecclesiæ, multisque adversis, longè aliter scripsisse. Evidem possum hac parte suffragari; si codices Mss. hunc Querolum ut dicitur, tribuant Gildæ: sed nihil istoc magnopere ad tem, si aliis is est Querolus: videlicet epistola, qua conqueritur de statu Britannia. Quæ itidem famoni viri Viserii sententia est *. Fortasse aliquis cum Barthio t auctorem *Platum* putet vocatum, partim ob libros illos, quibus PLAVSI QVEROLUS, sive AVULVARIÆ inscribitur: partim etiam, quia Plauti dicitar à Vitale Gallico, qui Elegiaco carmine expressit. Mihi vero omnino verisimilius fit, eo Plauti nomen impositum,

* Antiquæ.
 Britannæ.
 cap. 13.
 † Adversariorum lib.
 44, cap. 13.

quia exemplo fabulae verè Plautinæ Aulularia & ipsa scriberetur.

Honorii, & Theodosii junioris ætate fuit Proba Falconia, seu Faltonia, uxor Adelphii, proconsularis viri, mater Julianæ, S. Demetria-dis avia. Hæc Christi vitam conscripsit centone Virgiliano. Habes in Bibliotheca SS. Patrum Tom. viii, edit. ii. Ambigunt alii, quia Isidorus eos, vel iis similes factos dicat à Pomponio nobili Poëta. Malè audiit Proba, quasi ea urbem Romam Alaricho prodiisset. Sed eam ab hoc crimine purgat Cæsar Baronius.

Cælius Sedulius, presbyter Scotus sub Theodosio Iuniore vixit, ut rectè est apud Tritthemium. Fallitur Sigebertus, cum toto pene seculo antiquo rem facit. Nam vixisse ait sub liberis Constantini M. Meminit & Isidorus in Catalogo: sed de ætate tacet. Scripsit prosa explanationem epistolarum Paulinarum, quam ex variis excerptis. Negat id opus sibi vîsum Possevinus in Apparatu Sacro. Sed edidit Henricus Petri Basileæ an. clo I xxviii. Præterea reliquit carmine hexametro quatuor libros operis Paschalis. Ejus etiam mentio apud Gelasium Papam in Decretis distinct. xv. Vbi legi solet: *Viri venerabilis Sedulii opus Paschale, quod hæreticis descripsit versibus, insigni lande proferimus.* Sed pro hæreticis debere heroicis legi, jam ante seculum monuit Pierius Valerianus orat. pro Sacerdotium barbis. Hoc opus etiam prosa conscripsit postea: ac habes in Bibliotheca Patrum Tom. viii, edit. ii. Vbi etiam vide quæ in Notis ad eum scriptorem observavit Franciscus Iuretus. Insuper & duos reliquit hymnos, quorum unus Natali Dominico, alter festo Epiphaniæ in Ecclesia cani solet. In Sedulium gemina exstat ἀντοῖχος, una Liberii, altera Belisarii. Vtrobique & primæ, & ultimæ versuum literæ conficiunt S E D U L I U S A N T I S T E S.

Prosper Aquitanicus claruit extremis Valentiani III temporibus, ac deinceps sub Maximo, Avito, Majorano, & Severo. Carmen ejus adversus ingratos, aliaque, in omnium sunt manibus. Malta de Prospero hoc diximus libro Historiæ Pelagianæ, cap. xvii.

Cajus Sollius Apollinaris Sidonius patrem habuit, qui sub Honorio Imp. fuerit Tribunus Notarius, & Praefectus prætorio Galliarum. Natus ipse sub Theodosio juniore, & Valentiniano III. Ter utriusque militiae magister fuit, quater prætorio praefectus. Multum auctoritate valuit apud Augustos Petronium Augustum, Avitum, Majorianum. Aviti etiam gener fuit, ac perfamiliaris Theoderico Gothorum regi: inter quem, & Majorianum, Sidonio conciliante pactum initum est. A Majoriano etiam Comitis honore auctus. Sub Severo Augusto Arverniam adversus incursus barbaroram defendit. Sub Anthemio etiam magno in honore fuit. Post varias verò dignitates jam quadragenarius, factus

factus est Arvernorum Episcopus : ac tum totum se sacris studiis dedit, relicta poësi. Sic enim scribit lib. ix, epist. xii, quæ ad Oresum est : *Sic (pagina tua) oblectat eloquio, quod turbat imperio : quippe quæ parum metiens, quid ordinis agam, carmina à nobis nunc nova petat.* Primum ab exordio religiose professionis, huic principaliter exercitio renuntiavi : quia nimis facilitati posset accommodari, si me occupasset levitas versuum, quem respicere cœperat gravitas actionum. Quæ cùm scribebat, jam tres Olympias, ut ibidem legere est, Episcopus fuerat. Quantum autem valuerit poësi, partim ostendit, quod in Trajani foro statuam meruit cum laurea Apollinari : partim elucet ex xxiv poëmatiis, quæ habemus. Atque ex his etiam liquet, recte à Gennadio dici, vixisse sub Leone : qui imperare cœpit in Oriente annocccc LV. Addit ibidem etiam de Zenone, qui imperium adeptuscccc LXXIV. A Baronio ejus obitus refertur in annumcccc LXXXIV : qui annus est nonus Odoacri, Italiae regis. Itaque fortasse aliquis putaverit in Odoacri temporibus memorari debuisse. Verum quia nunc de poësi loquitur, cuius studium Sidonius, ex quo est factus Episcopus (quod fuit anno Vrbiscccc LXXII) intermisit : ejus potius ante desitum Cæsarum in Occidente imperium, quam dignitate eâ collapsa, meminimus. In metra sèpius peccat, ut multis exemplis ostensum lib. xi de Arte, cap. xxxix. Sufficerit igitur nunc iste Phalæcius : *Et Phœbo melior lyristes ipso.*

Nempe non attendit, quod Græcè sit *λυριστής*, sed solum quod ætate eâ illa in AS & ES corriperent. Vnde Symposium :

Cætera mando foci, spernunt, quæ dentes acui.

Vt in codice antiquissimo reperit Salmasius *.

Ind tanto ante scripsierat Prudentius :

Colluces insigni stolâ.

Qui jambicus est dimeter. Quid quod jam ætate Alexandri Severi al. Heliogabali sic scribebant. Vnde apud Lampridium in ejus vita :

Pulcrum quod vides esse nostrum Regem.

Item,

Pulcrum quod putas esse vestrum regem.

Quæ attuli, ut liqueat Sidonium non tam in eo peccasse vitio suo, quam consuetudine plurium seculorum abreptum. Audiamus &c, quid de omni ejus dictione censeat Ludovicus Vives lib. xxi de ratione dicensi, cap. de Poëticis † : *Verba antiquaria, & novata, & phrasis dura, atque novata, & phrasis dura, atque horrida, minus multò notabilia sunt in oratione numeris adstricta : quod est animadvertere in multis : velut in Sidonio Apollinare, & Martino Capella : quorum prosa absurdissima est, versum non penitus rejicias.*

* Notis ad
Capitolinam,
pag. 156.

Sidonio æqualis Victorius Poëta : quem hoc nomine celebrat is quem dixi, Sidonius lib. v, epist. ult.

Salvianus Massiliensis presbyter, ac postea Episcopus, claruit temporibus noui Arcadii & Honorii, ut censem Andreas Libavius, sed Leonis ac Majoriani. Inter Poëtas ab aliquibus reponitur propter ista Genitadii : *In morem Grecorum de principio Genesij, usque ad conditionem hominis, composuit versu quasi hexametro lib. i.* Sed placet conjectura eorum, qui ajunt exemplo Basillii, & Ambrosii, scripsisse Hexaëmeron, sive volumen de operibus sex dierum : ejusce operis magnitudinem indicasse ex numero versuum, qui non minus in prosa, quam carmine sollet numerari : ut ex multis veterum testimoniis cognoscere est. Quare cum Rittershusio puto scribendum : *Composuit versibus quasi Hexaëmeron, lib. i.* Nimirum numerus versuum excidit. Vt nihil sic, cur & carmine scripsisse existimemus.

C A P V T . V.

De quartæ ætatis Poëtis Latinis ab amissione Occidentis imperio, usque ad idem à Carolo M. instauratum.

Ab amissione Occidentis imperio, vel paullo ante, incipit etas decrepita: quam in duas partes diffescimus. Prior est ab imperio Occidentis per Augustulum Momyllum amissum, usque ad idem instauratum per Carolum Magnum. In hoc optimus, & supra etatem bonus est Severinus Boëthius. Nec eo penitus sua laude frustandi ceteri.

Ætatem celebriorum apponam.

Claudianus Mamertus, Viennensis Episcopus, claruit Zenone Imperante: etsi Bellarminus in scriptoribus Ecclesiasticis sub Valentiniiano III, & Theodosio Iuniore, censem viguisse. Præter præclarum trium librorum opus de statu animæ carmen reliquit contra vanos Poëtas. Hujus quoque videntur esse carmina de Christo, quæ in Claudio leguntur. Nam ille Theodosiani ævi scriptor gentilis fuit, ut ex Augustino, Orosio, atque aliis, constat. Qui si tandem factus esset Christianus, verbo hoc tetigissent. De ætate vero quod dixi, satis arguit, quod in opere memorato Eucherii, Lugdunensis Episcopi, ut æqualis, meminerit. Item quod opus suum de anima Sidonio Apollinari emendandum ac divulgandum misit.

Sub

Sub Zenone etiam claruit Claudio Marius Victor, R̄hetor Massiliensis, qui in Genesin carmine hexametro scripsit libris iv ad Æthereum filium. Item carmen ad Salmonem Abbatem de perversis seculi moribus. Vtrumque habes in octavo Tomo Biblioth. SS. Patrum edit. ii. Fuisse literaturæ secularis, quam sacrarum literarum peritiorem, judicium est Gennadii Massiliensis: quod & fecutus est Ado Vienensis.

Alcimus Ecdicius Avitus, Archiepiscopus Viennensis, Zenonis, & Anastasii temporibus claruit. Supersunt versu hexametro lib. v, de mundi origine, de peccati origine, de sententia Dei, de diluvio, deque transitu maris rubri. Item ad Fuscinam sororem liber de consolatoria castitatis laude. Etiam prosa supereft homilia de festo Rogationum, & prima ejus institutione. Meminit & Alcimi hujus Venantius Fortunatus, qui claruit circa annum Iō LXX. At ratio fugit, cūm Lilium Geraldum dialogo, v Historiæ Poëtarum, tum Cæsarem Baronium in Martyrologio Februarii; cūm hunc Alcimum intelligi putant à Sidonio Apollinari lib. viii, epift. xi, quæ exarata est ad Lupum. Nam loquitur ille de Latino Alcimo Alethio, Nitio Brige, sive Aginnensi, qui inter Professores Burdigalenses: memoratur Aufonio carm. ii, & B. Hieronymo in Chronico Eusebiano laudatur ad an. Christi coc LX: *Alcimus, & Delphinus Rhetores in Aquitania florentissime docent.* Ut inter Alcimum Rhetorices Professorem, & Alcimum Episcopum ac Poëtam, totius sit seculi intervallum.

Anno quarto Anastasii Turcius Rufus Asterius consulatum gessit cum Flavio Præsidio. Huic in codd. nonnullis carmen tribuitur, quo Vetus & Novum Testamentum conferuntur. Sed alii Sedilio adsignant: nonnulli & Claudiano Mamerto.

Gelasius Papa, qui, temporibus Anastasii Imperatoris, Romanæ Ecclesiæ præfuit, ab anno cccc xcix usque ad cccc xcvi; inter alia etiam condidit hymnos Ecclesiasticos.

Quibus temporibus in Oriente Zeno, posteaque Anastasius, in Italia Odoacer, & exinde Theodericus rex, claruit Anitius Manlius Boëthius Severinus, vir Latinè & Græcè doctissimus, in omni disciplinarum genere excellens, quoque Roma à Varronis temporibus non habuerit undecumque doctiorem. Quantum idem carmine valuerit, ostendunt libri v de consolatione Philosophiæ, quos exul Ticini scripsit. Omnia nihil in poësi venustius habuit, vel illud ærum, vel etiam quod proximè antecedit. Vxorem habuit cui nomen Helpis: quæ & ipsa literis, ac imprimis poësi excelluisse dicitur. Vir fuit Consularis, & filios duos Patricium, & Hypatium, Consules vidit. Cūm verò ob literas

literas ad Anastasium Imp. scriptas, & alia quædam, suspectus esset Theoderico regi, quasi studeret recuperandæ libertati, jussu ejus una cum socero Symmacho, est interemptus.

Sub Anastasio, Orientis Imperatore, Theoderico Amalo Ostgotto, Italiæ rege, & Anastasio, Symmacho, ac Hormisda Papis, claruit Ennodius Ticinensis Episcopus, qui perperam nonnullis Euodius vocatur, ac Ennodius Iuvenalis dicitur à Bernardo Sacco Historiæ Ticinensis lib. viii, cap. i. Episcopus factus anno Vrbis cccc xc, obiit vero anno Io xvii. Ejus cùm epistolas, orationes, ac panegyricos, tum hymnos ac epigrammata edidit, emendavit, notisque illustravit Andreas Schottus.

Fulgentius Ruspæ in Africa Episcopus vixit anno quingentesimo: temporibus Trajanundi Regis: adversus cuius errores tres libros scripsit. Alia etiam ejus multa in manibus sunt. Obiit anno Io xxix. De eo sic Sigebertus in Catalogo: *Ne videar humana misere divinis non commemorabo sacris memorabile hujus viri opus, qui totum opus Virgilis ad Physicam rationem referens, in lutea quodammodo massa, aurii metallum quiescerit, Et repertum concurxit.* Signat vero id opus, quod inscribitur Fabii Planciadis Fulgentii de allegoria librorum Virgilii ad Chalcidium Grammaticum. Is verò sine dubio aliis est ab Episcopo Ruspensi. Neimpe Grammaticus is, cuius & Mythiologicon libri, exstant: cuius item Expositionem sermonum antiquorum ad eundem Chalcidium Grammaticum Nonio Marcello subjicit Hadrianus Marcellus, uti & post alii. Atque hujus fortasse fuerint Astronomica Fulgentio tributa: ac carmine scripta hexametro, cuius fragmentum habemus in epigrammatis ac poëmatis ex collectione Pythœi cum ejus notis Lutetiae excusis*. Imò quid si ne Fulgentii quidem sit, sed Isidori: quandoquidem hoc poëma sæpe illius operibus subjicitur, nullo auctoris nomine expresso, ut Pithœus refert. Qui & negat contemnendam esse conjectaram hominis doctissimi, qui arbitratur esse Varonis Atacini.

^{an. 1590.} Fuit etiam Zenonis & Anastasi Theodolus, cuius carmina supersunt de miraculis veteris Testamenti.

Theodolo æqualis Godelbertus qui carmine heroico complexus historiam à mundi creatione usque ad partum Virginis, & allegorias etiam eorum adjunxit. Hodieque exstat.

Rusticus Helpidius vir nobilis, ac quæstorius, idemque Medicus Theoderici Gothorum Regis. Scripsit carmine hexametro historiam veteris & Novi Testamenti. Item de beneficiis Iesu Christi. Atque haec edita à Georgio Fabricio. Sed periit, quam conscriperat consolacionem doloris. Cujus operis ipse mentionem facit his versibus:

Hinc

*Hinc etiam nostro nugata est schema dolori,
Garrula mendosis singens satyromata Musis,
Falleret ut trepidos cantatrix pagina questus.*

Etiam tum Priscianus Grammaticus, Caiusiodori æqualis, ac eidem memoratus Constantinopoli claruit. Cui si quis hic locus, id fuerit, quia carmine Latino Dionysii Afri ~~τελιγραφη~~ expressit. Aliqui tamen Rhennii Fannii esse arbitrantur. Et, ut censeo, verius. Etiam epitome ~~φυσικῶν~~, h. e. sexdecim versus hexametri de sideribus eidem tribuuntur in prætermisis epigrammatum, & poëmatiorum, quæ ex collectione Pithœana prodierunt Parisis*. #m. 1590.

Anastasii Imp. anno xxvii habita Synodus Tarraconensis; Christi anno Iō xvii. Ei interfuit Orentius, Tarraconensis Episcopus, atque idem Poëta: de quo sic Siebertus Gemblacensis virorum illustrium cap. xxiv: *Orentius Commonitorium Fidelibus scripsit metro heroico, ut mulceat legentem suavi breviloquio.* Cæsar Baronius in Annal. Ecclesiast. an. CCC LXXXI censet eundem esse, ac eum, cui Sidonius Apollinaris scribit lib. ix, epist. xx. Ac movet eum tum vicinitas nominis, quia hic Orentius, ille Oresius dicitur: tum idem studium, quia Tarragonensis hic Poëta fuit, & Oresius à Sidonio petierat, fibi carmina ejus transmitti. Sed quis non videt, quām hæc infirma fint? Præterea nec tempora satis convenient, quia Sidonius septennio decesserat antequam Zenoni succederet Anastasius.

Temporibus Iustini Thracis Marcus, Monachus Benedictinus, Benedicti ipsius discipulus, vitam præceptoris sui, non invenustè, pro illis temporibus, carmine hexametro conscripsit.

Sub Iustiniano Imper. circa annum Iō LX fuit Arator: qui historiam Apostolicam libris duobus è Luca expressit; unde ipse:

Versibus ergo canam, quos Lucas rettulit Actus.

Item:

De qua pauca canam, Luca narrante, relatu.

Cùm gemina sit præfatio, videtur priùs hoc opus dicasse Abbati Floriano; imo autem Vigilio, qui ab anno Iō XL usque ad Iō LV, Romanus fuit Episcopus. Atque hæc convenient cum eo quod sub Iustiniano vixisse ajunt Paulus Diaconus †, & Palmerius. Nec multum abit, quod Aldus in glossmate quodam reperit, clarius anno Iō XLIV. At † His. Rom. & Longobard. de ætate ejus Platina audiri non debet.

Sub Iustino juniore, qui anno Iō LXV successit Iustiniano, claruit Venantius Honorius Clementianus Fortunatus: cujus patriam, domicilium, ac scripta, memoramus lib. xi de Historicis Latinis, cap. xxii. De ætate arguit, quod Iustino huic, & uxori ejus Sophiæ Imperatrici

Hoc—

Hodœporicon misit. Carmine ejus exstat liber de Partu Virginis. Alter de beneficiis Christi, atque alia, in his libri de B. Martino : quædam etiam in Ecclesia canuntur. Vide de eo Aimoinum de gestis Francorum lib. **III**, cap. **xii**: item quæ de eo diximus in Historicis Latinis lib. **II**, cap. **xxii**. Quanti eum fecerit Hilduinus, ex eo cognoscere est, quod epistolâ ad Ludovicum Pium Imperatorem, non contentus, ob acumen, & elegantiam, *Scholaſticum* vocare, *Scholaſticissimum* dicat. Præclarum quoque de eo judicium est Barthii Adversariorum libro **XLVI**, cap. **III**. Appellat *maximi ingenii vatem*. Ibidem dicitur *ad eum, velut ad Calliopum quempiam, magistrum & coryphaeum Musicorum modulaminum, respxisse omnium sequentium Poëtarum chororum*. Et post aliqua adjungit: *Mirandum acumen ingenii in hoc autore fuit: etiam doctrina omnibus fere coætaneis excellentior.*

Sub Iustino Iuniore (qui Iustiniano successit anno **IO LXV**, ac imperium annis tenuit **xvi**) vixit Corippus Grammaticus: qui de laudibus Iustini II Augusti carmine heroico quatuor scripsit libros. Præfatio operis est ad Anastasium Quæstorem, & Magistrum. Primus edidit, ac notis illustravit Michaël Ruizius Assagrius Celtiber. De Corippo hoc ita Nicolaus Alemannus præfatione in Procopii Cæsariensis lib. **IX**, qui Avendō duci solet: *Corippus Africanus tam improvidus est Iustiniani, atque Iustini adulator, quam levis Poëta: in alterius enim laudibus exsultans, alterius in vituperationem labitur incanus, vel potius adductus veritate. Quæ postrema verba addit, propter fæda Iustiniani vitia, quæ non Procopius modò, sed alii etiam historici refert: in his Euagrius lib. **IV**, cap. **xxix**, & **xxx**: præterea Zonaras Tom. **III**.* Plura diximus in Historicis Latinis lib. **III**, cap. **II**.

Sub eodem Iustino claruit Stephanus, presbyter Africanus: qui carmine videtur scripsisse vitam S. Germani: idque postulato S. Anacharrii, Episcopi Antissiodorensis. Vide quæ in Historicis Latinis memorato loco attulimus.

Mauritii temporibus, vel circiter, vixit Martianus Mineus Felix Capella, paullo ante tempora Cæsaris Heraclii: ut in Chronologia sua censet Iosephus Blancanus; quem etiam sequitur Christophorus Scheiner Suevus, S. I. Theologus, eruditus operis, quod Rosam Vrsinam inscripsit, lib. **IV**, parte **II**, cap. **xxix***. In quo hæsere alii, ut Iacobus Gualterius Tabula Chronographica secunda ad tempora Antonini. Primus eum reperit Thadæus Vgoletus Italus; ut ait Pignorius epist. **xvi** ad Franciscum Polam. Primus veterum, qui ejus meminerit, creditur esse Severinus Boëthius: qui tempore vixit Theoderici, Gotthorum regis, h. e. circa annum quingentum. Hic lib. **I** de disciplina Scholarium,

Iarium cap. i. Martianum inter eos reponit scriptores, qui, ut verbis ejus utar, *sunt indagandi, memorialique cellule commendandi*. Sed auctor ejus libri est indoctus impostor, atque indignus, qui memoretur. Meminit quoque Eckerhartus in vita B. Notkeri cap. x*. Quod ad au^{* pag. 945.} etorem ipsum, barbarum vocat Iosephus Scaliger Notis ad Cirin. Au^{t pag. 762.} etorem sanè doctum appellat Scheinerus in Rosa Vrsina capite ante memorato t. Quæ facile conciliantur. Nam scriptor eruditus quidem, sed semibarbarus, partim vitio gentis, quia Afer erat; partim ætatis, quoniam collabente vixit sermone Latino; partim quia multijugæ distinctioni attendit magis, quam sermoni Romano. Vulgo inscribitur *Satyricon*. Sed Capella ipse *Sayram* semper appellat. Nempe quia tum vario scribatur argumento, adhæc prosâ, & carmen misceantur, præterea vario scribatur metro: eâ nempe ratione, qua Varronis satyræ sic vocantur. De quibus Probus in Ecl. vi, & alii. Alexander Nec^{* pag. 141.} kam jam circa annum c^{lo} cc xxx commentario Martianum illustravit: ut auctor est Balæus Centur. i i i script. Ecclesiast. Quale de prosa ejus pariter ac carmine judicium fuerit Ludovici Vivis, legere apud eum possis lib. i i de ratione dicendi, cap. de Poëticis *. Verba ejus adduximus, cùm de Sidonio Apollinare ageremus.

*edit. Basil.
an. 1555.*

Temporibus Heraclii Imperatoris an. I^c xxvi, & xi seq. Romæ sedit Honorius Papa. Cui in Bibliotheca SS. Patrum Tom. viii tribuuntur duodecim disticha de Apostolis in Christi ad cælos adscensione obstupescientibus. Sed verisimilius creditur, esse Venantii Fortunati: qui dictus Venantius Honorius Clementianus Fortunatus. Extremis Heraclii temporibus ac sub tribus ejus filiis Constantino, Heracleona, ac imprimis Constantis, claruit Hildephonsus, sive Illephonius, qui & Alphonsus, Toletanus Episcopus, qui primus creditur instituisse Festum Conceptionis B. Virginis. Hic varios scripsit hymnos: item epitaphia, atque epigrammata. Obiit sub Constante anno I^c lxxvi. Vide &c, quæ de eo diximus in Historicis Latinis lib. ii, cap. xxvi.

Eodem Constante, filioque ejus Constantino Pogonato imperantiibus, quo tempore Francorum rex erat Clodovæus II, vixit Drepanius Florus, natione Gallus: cuius psalmos, hymnos, & alia quædam habemus Tom. viii Biblioth. SS. Patrum edit. ii. Dubitat Georgius Fabricius an hic Poëta Drepanius esset idem ac Rhetor Latinus Pacatus Drepanius. Sed hujus panegyricus scriptus est ad Theodosium Senatorem. Poëta autem carmen habemus ad Moduinum, Augustodinensem Episcopum, qui aliquanto post Gregorii M. tempora fuit.

Temporibus Cæsaris Iustiniani Iunioris, qui postquam à Leontio patricio fuit imperio dejectus, ac naribus truncatus, nomen πιοτρύπης accepit,

acceptit, item hujuscē Leontii ætate, nec non Tiberii Apsimari, ac postquam Iustinianus recuperavit imperium, claruit Aldhelmus, qui & *Althelmuſ*, & *Aldelmuſ*, corruptè vero *Anthelmuſ*. Nomen enim est Saxonum à veteri galea, quæ illis *alt-helm*. Patrem habuit Kentenum Inæ Occidentalium Saxonum regis fratrem. Postquam Gallia, & Italiae gymnasia adiisset, in Bladunensi, sive, ut postea dixere, Malmesburiensi Monasterio Abbas fuit. Hinc primus Occidentalium Saxonum in oppido Shirburnensi factus est Episcopus. Latinis, Græcis, diuinis, humanis, literis, suæ ætatis Theologorum cessit nemini. Vtraque etiam eloquentiæ, Oratoria ac Poëtica, excelluit. De eo versus est ille,

Aldhelmuſ cecinit millenis verſibus odas.

Inter cætera laudem sibi peperit xxxvi i i versibus heroicis; quorum primæ literæ descendendo, ultimæ adscendendo, efficiant versum illum, unde incipit carmen:

Merica tirones nunc promant carmina castos.

Vt taceam, quod & ultimus versus retrogrado si ordine literas legas, eundem efficit versum. Habes id carmen in scriptoribus Anglicanis Ioannis Pitsei, ad annum Icc viii, quo Aldhelmus virtù excessit. Inter alia de virginitate etiam librum carmine reliquit hexametro. Sed temporum vitio subinde in metrum peccat, prælertim in Græcis. Ita mediam in *machæra* corripit:

Ignes & maceras, & rubras vivice virgas.

Item:

Iccirco maceram ſtricto mucrone vibrabat.

At Græcè est μάχαιρα. Priori verſu videmus & secundam in *vivice* seu *vibice* corripi, cùm longa sit. Ejusdem Aldhelmi est eodem opere:

Plurima schematisans ſacra molimina mentis.

Atqui tertiam in *schematizo* effe porrectam arguit duplex quæ sequitur. Græcè enim à ρημα γενουλίζω.

Beda Venerabilis, presbyter Anglus, vixit temporibus Iustiniani Iunioris, & sequentium Imp. etiam Constantini Copronymi. Sanè anno Icc xxxi superstitem fuisse, ipse indicat Historiæ Anglicanæ lib. v prope finem. In tot voluminibus non modo librum de arte metrica legas: sed carmen de Iustini martyrio. Item hymnos reliquit. Adhæc compositionem horologii carmine hexametro: quæ extreum locum obtinet in epigrammatiſ, & poëmatiſ, curâ Pithœi Lutetiæ excusis *. ^{t. pag. 477.} Notis ad ea poëmatā meminit Pithœus t. eclogæ à Beda scriptæ de conflictu veris, & hyemis. Sed addit non putat editione dignam; licet exemplaria ad manum eſſent. Vide plura de Beda in Historicis Latinis lib. ii, cap. xxvii i i.

Impe-

Imperante in Oriente Constantino Copronymo, Pipino in Francia, Oswulpho in Northumbria, vel, ut brevius dicam, anno 1000, vixit in Anglia Ethelwolphus Bernicius, qui & Lupus nominatur. Hic de origine fani B. Petri ad Orientale Berniciorum litus carmine lusit ad Episcopum Egbertum. Dux de eo lib. 11 Historiæ Historicorum Latinorum, cap. xxix.

Paulus Diaconus Aquileiensis, à Carolo rege, postea Magno, captus cum rege Longobardorum Desiderio an. 1000 LXXIV. Præter ea quæ prosæ reliquit, etiam condidit hymnos sacros: in quibus ille, in Ecclesia cani solitus in natali S. Ioa. Baptizæ. Initium est, *Vi queant laxis resonare fibris.*

Etiam Caroli Magni temporibus fuit is qui seu vero seu ficto nomine appellatur Ferius Hilpericus. Heroico carmine exaravit congreßum Caroli M. & Leonis Pontificis. Ms. exstat apud Helvetios in Monasterio S. Galli. Aliorum ea est opinio, genuinum esse autorem Alcuinum. Sed Barthio alia mens lib. XLVI Adversar. cap. 11, ubi & multa in eo scriptore illustrat. Censet verò Alcuinum, præclarum virum, ac Theologum non tam fæde fuisse adulatum discipulo suo Carolo, quem, ab omnium artium scientia celebrat, nimium quantum, ac planè supra verum. Ergo mavult credere, carmen id esse ab aliquo Alcuini discipulo, Caroli condiscipulo. Idem ait Notas in eum scriptorem æditas à Goldasto. Mihi necdum videre contigit.

Tum quoque fuerit Petrus Apollonius Collatius, presbyter Novariensis, si audimus Margarinum de la Bigne, Theologum Sorbone. Sed videtur Politiano par, vel suppar: ut diximus lib. 111 de Historicis Latinis, cap. x. Carmine heroico quatuor egit libros de excidio Hierosolymot.

C A P V T . V I .

De quartæ ac decrepitæ ætatis Poëtis Latinis à Caroli M. temporibus usque ad excessum Ludovici Bavari.

Altera decrepita ætatis pars est ab instaurato Occidentis imperio per Carolum M. quod factum anno 1000, usque ad extima tempora Ludovici Bavari, seu prima Caroli IV; qui Ludovico successit anno 1030 CCC XLVIII. Ut hoc spatium sit annorum quasi 100. Ea atas magis magisque defecit, usque dum planè fieret *ui**zo**gæ*Cap*Gr.*

Ætatem aliquot celebriorum excerptam : ubi prius dixero, nec ipsum Carolum videri à carmine pangendo abhorruisse. Sanè apud Turpinum legas in ejus vita versus , quos in *Rolandi mortem profudisse* dicitur. Eorum initium est , *Tu patriam repetis*. Sed quām exiguae fidei sit Turpinus iste , sive Tilpinus , ostendimus in secundo de *Historicis Latinis*, cap. xxx : paucis item cap. *XLVII* in *Callisti II.* Fortasse melioris notæ est epitaphium , quod scripsisse dicitur Hadriano Papæ , & Platinæ subjungitur ab Onuphrio Panuinio.

Ludovici Pii temporibus claruit *Theodulphus* , prius Abbas Floriacensis , ac deinde Episcopus Aurelianensis. Ejus est carmen , quod in *Palmarum die cani folet* :

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe redemptor.

* edit. 2.

Alia ejusdem vide Tom. viii Bibliothecæ Patrum *

Æqualis ei Rabanus Maurus , qui anno I^o ccc xxiv factus est Abbas Fuldensis : anno autem I^o ccc xlviij , Episcopus Moguntinus. Author istorum mihi Vincentius Bellovacensis Doctrinalis sui lib. xviiij , cap. LIX. Vbi & vocatur *Poëtarum sui temporis nulli secundus*. Hoc Poëta nomen sibi imprimis paravit poëmate isogrammatico quod inscribitur de sanctæ Crucis laudibus : ac in medio descendendo habet,

Forma sacrata Crucis venerando fulget amictu:
in medio autem à dextra eundo in sinistram habet ,

Magnus vestit honor, letus loquor hoc nationi.

Vbi licentius prima in *nationi* corripitur. Scripsit hoc poëma ad *Gregorium IV* : quo mortuo illud misit ad *Sergium* successorem.

860.

Rabani Mauri discipulus fuit Strabus Monachus Fuldensis : qui Ludovicī , & Lotharii Imperatorum temporibus claruit , ac præ cæteris celebratur Glosâ ordinaria in Scripturam universam. Rabano dictante scribere solitum, ait Vincentius Doctrinalis lib. xviiij , cap. LIX. Hic verò nobis memoratur , quia ejusdem cùm ab aliis , tum Ioanne Atrociano, creditur liber , qui inscribitur : *Strabi Galli, Poëta, & Theologi doctissimi, ad Grimaldum, Cœnobii S. Galli Abbatem Hortulus.* Trittheinius in scriptoribus Ecclesiasticis refert uno in opere ad an. I^o ccc XL , altero I^o ccc LX : quod malim. At neutro loco Hortuli meminit.

880.

Ad Carolum Calvum Hugubaldus poëma suum misit de laude Calvorum. Ejus initium ,

Carmina clarissimæ Calvi cantate Camœne.

888.

Item tum circa an. I^o ccc LXXX floruit Gallus Milo. Scripsit ad eundem Carolum Calvum carmen de Sobrietate. Præfuit Cœnobio S. Amandi, cuius & vitam exaravit.

Sub Carolo III cognomento Crasso , fuit Hericus sive Ericus Altissiodo-

tissiodorensis, cuius poëma exstat de vita S. Germani. Vidimus de eo in Historicis Latinis lib. 11, cap. xxxviii.

Item tum claruit Abbo, Monachus Coenobii S. Germani à Pratis, Aimoini discipulus carmine duos edidit libros de obfessa à Nortmannis, sive Danis Lutetia: qui hodieque superantur. Diximus de eo in Historicis Latinis lib. 11, cap. xxxviii. Barthius lib. xxixii Adversariorum, cap. xiv ait, Albonem cognomen habuisse Cernni. Multum metuo ne opinio ista non aliunde sit oborta, quam quod Abbo ipse dicat alicubi:

Cernnus Abbo tuus jngiter.

Vbi *Cernnus* planè est appellativum.

Othon I, & II Imperatoribus floruit Rhofoita, sive Roswid, monialis, ut vocant: quæ de gestis Othonum heroico carmine scripsit panegyricum: item Comedias vi, & elegiacum carmen de laudibus B. Virginis. Qui vixisse ajunt, quo tempore dicitur Ioanna Papissa fuisse, eo resolutum, quod hæc scripserit Othonum Cæsarum gesta, ut diximus. At Otho II desit vivere anno Icccc LXXXIIII. Adi etiam de hac virgine quæ diximus lib. 11 de Historicis Latinis, cap. xli.

Othonis III aetate, ut Martinus Polonus in Chronicis auctor est, 1000. fuit Fulbertus Carnotensis. Obiit anno clx xxviiii. Exstant ejus * versi ^{edit. Parif.} sus hexametri de beata Virgine, de S. Cruce, de timore, spe, & amore, ^{an. 1608.} de se ipso, hymnus sapphico versu, atque alia. Sed & speciem trochaeorum æmulantur verbi de S. Pantaleone: quorum initium,

*Quantas cædis Christiani gregis inboruerit
Sub Maximiani quondam impia tyrannide
Revolutæ manifestam scripturarum paginæ.
Tunc Eustochius Senator quidam Nicomedie,
Habitabat quidam & natus nomine Pantaleon
Et decore corporali clarus & ingenio.*

Atque ita deinceps. Sed versu istoc,

Dum languore fatigatis sanitatem reparant miseras:

Vox ultima tolli debet. Simile metrum hymni de S. Piatu, cuius initium:

*In tellure Beneventi claris ortus patribus
Insignis mundo Piatus sacris fatus moribus.
Mox puer Christum sequendo admirandis nisibus.*

Hinc supereft vox insignis. Sequitur deinde:

*Post adulescens vilpendit vanam mundi gloriam,
De suis nihil reservans preter vestem simplicem.
Sed quæcumque possidebat dans fomentis pauperum.*

Deinceps

Deinceps quædam corrupta: sed ei non difficilia emendatu, qui ad rhytmum attenderit. Ut in his, quæ proximè sequuntur, hoc, vel simili modo:

*Nescius Romanum pergit vir, illuc & conjungitur
Dionysio, suisque sanctis consodalibus.
Cœtu sanctorum virorum lumen viget additus
His perfectis prædicare Christum genti Gallicæ.*

Ac postea:

Christo convertit virorum terna dena milia.

Verba illa & illum fortiter debellaret sunt è glossemate interpretantis illa, hosti non succumberet. Similiter post è glossemate videtur, virulentis avibus. Paullo post puto scripserit:

*Vtque fama est militare promtus, vinci nescius,
Nexus vicit flagra vicit, & inmanes impetus.*

Item,

Dumque gleba conderetur gloriose martyris.

Sustuli corpus, ut glossema vocis gleba. Ultimum versum sic restituo:

Cujus caro tunc probabat correghare cœlitus.

Vbi vulgo regnare, deficiente syllabâ. Item hymno de Trinitate legendum:

Nihil enim Patre Deo dignatur nisi Deus.

Et postea:

Is negletus perdit male populum Iudaicam.

Etiam penultimo versu sic suppleveris:

Ostendit quondam Propheta quasi jam visibilem.

Num & locum inter Poëtas dabitur Medicis Scholæ Salernitanæ, qui Roberto Normanniæ Prince, à bello Sacro redeunte, & de fistula brachii consulente, ansam præbuere versibus scribendi de conservanda valetudine? Id factum circa annum cœlo xcix, imperante Henrico IV. Is Robertus erat Angliae rex designatus: quæ cauſa est, cur sic opus incipiat:

Anglorum Regi dicit Schola tota Salerni.

Henrici III temporebus anno cœlo l fuit Marbodæus Gallus, præfus Rhedenensis, qui Thebæorum vitam carmine comprehendit, aliaque in Canticis Salomonis. Videntum item, an non idem sit Marbodæus Gallus Cœnomaniensis, qui carmine scripsit de gemmarum lapidumque pretiosorum formis, natura, ac viribus. Meminit Vincentius Bellovacensis lib. ix speculi Naturalis singulis pene capitibus. Item Bartholomæus Anglicus lib. xvii. Scholiis suis illustrarunt Alardus Amstelredamus, & Pictorius Villingensis. *

* Colonia excudit He-ro Alopo-cius an. 1539.

Floreti ætas ignota non sit , si idem sic , ac dicunt , qui B. Bernardus Clarævallenfis Abbas *. Nam vixit is anno c¹o c³xxx. Sed alius Bernardus ; alius , qui è Bernardo excerpit flores , eosque versibus complexus , & inde nomen habet Floreti.

* Colonia
excusus cum
Commentar.
an. 1501.

1056.

Henrici IV temporibus circa annum c¹o LX claruit Amatus , Casinensis Monasterii Monachus : qui quatuor libros carmine scripsit de gestis Apostolorum Petri ac Pauli : ut est apud Leonem Marsicanum in Chronicō Casinensi lib. iiii , cap. xxxiv . De hoc etiam dictum in Historicis Latinis lib. ii , cap. xlvi .

Ejusdem Imperatoris temporibus circa annum c¹o LXXX fuit Sigebertus Gallus : qui varia carmine signavit. Partes Imperatoris fecutus est aduersus Gregorium VII.

Eodem tempore fuit Hydalbertus : cuius heroici , & elegiaci versus supersunt. Obiit anno c¹o c. Eundem cenfeo , ac Hildebertum : de quo mox dicam.

Extremis Henrici IV temporibus circa annum c¹o xc fuit Guido , Ambianensis Episcopus , qui metro heroico descripsit vitam Guilhelmi Conquistoris , Angliæ Regis , & Normanniæ Ducis , qui obiit anno c¹o LXXXIX. Meminit Guilielmus Meticensis lib. vi de gestis Normaniorum , cap. xl.iiii.

Temporibus Imperatoris Lotharii II , sive Honori II Papæ , claruit 1125. Hildebertus Cenomanensis prius presbyter , posteaque Turonensis Episcopus . Hic carmine reddidit vitam S. Mariæ Ægyptiacæ : quam Paulus , Neapolitanæ Ecclesiæ Diaconus è Græco prosa Latinâ expresserat. Meminit Henricus de Gandavo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis , cap. viii. Etiam versus ejus de Mysterio Missæ habes in Bibliotheca Patrum edit. ii. Complures ejusdem versus de S. Trinitate , aliisque , exscripsit Antoninus in Speculi Historialis Parte iiii , Tit. xvi , cap. ix , §. i , & nonnullis sequentibus. Egimus de eo pluribus in Historicis Latinis lib. ii , cap. xl.ix.

Temporibus Frederici Barbarossæ , anno c¹o c⁵ LXX claruit Petrus de Riga Remensis , qui carmine Leonino complexus est Vetus & Novum Testamentum. Id volumen *Aurorum inscripsit*.

Gothefridus Viterbiensis Conradi III , & Frederici I , sive Barbarossæ , Notarius fuit. Chronicō suum universale partim prosa , partim carmine conscripsit. Producit hoc usque ad an. c¹o c⁵ LXXXVI.

Guntherus claruit temporibus Frederici Barbarossæ , & Henrici VI , qui Frederico successit anno c¹o c⁵ xi. Guntherus hic prius scripsit Solymarium , sive expeditionem Conradi Imp. in terram sanctam aduersus Saracenos. Postea aggressus est Ligurinum , sive x libros aduersus

K k

Ligures

Ligures seu Mediolanenses. Sic enim *Ligurum* voce constanter utitur. Id opus vivo Frederico scripsit, eique ut ipse ait, ostendit. Sequitur vero Othonem Frisingensem, qui patruus erat Frederici, & Radevicum Frisingensem, qui Othonem de Frederici gestis continuavit. Poeta est pro ætate ea & ingenio, & spiritu bonus. Sanè non indisertè scripsisse, quantum potuit in illo ævo, etiam judicium est Iani Duzæ præfatione altera Annalium Batavicorum, quos carmine signavit. Lilius dialogo v

^{¶ pag. 223.} Hift. Poët. tñfert & scripsisse carmine vitam B. Cyriaci *. Ajunt & exstare opus ejus Msum de rebus Germanicis: verene, an secus, dicere non habeo. Diversum autem esse à Gunthero Elthonenensi, temporum ratio ostendit; cum prioris meminerit Sigebertus, qui anno obiit c^lo c^{xii}. At Barbarossa, cuius gesta Guntherus describit, imperare demum coepit anno c^lo c^{lxxii}. Confundunt tamen hosce duos viri erudit: in his Sanderus lib. ii de scriptoribus Flandricis, ac Sweertius in Athenis Belgicis. Vterque enim Guntherum Elthonenensem, & cum, cuius Ligurinum habemus, eundem putarunt: cum inter eos intervallum sit annorum quinquaginta.

<sup>† Dialogo 5
Histor. Poët.</sup> Äqualis huic, ut Lilius † ait Theodericus Leodiensis, qui varias Sanctorum vitas perscripsit.

^{¶ 224.} Proximus est Iosephus Exoniensis sive Devonius Iscanus, Anglus; cuius sex libri exstant de bello Trojano. Hi à Cornelio Nepote ex Daretè Phrygio carmine translati perperam dicuntur. Claruit in Anglia temporibus Henrici II, Richardi, & Ioannis, Angliæ Regum. Nempe ante annum c^lo c^c, ac postea. Dixi de eo pluribus in Historicorum Latinorum Historia lib. ii, cap. LVI.

Anno c^lo c^c claruit Philippus Gualterus Castellionius, qui & pro Gualtero vocatur *Gualfridus*; sed perperam. Episcopus fuit Magalonensis. Est autem Magallona mediterranei maris insula, Galliæ adversa, ubi olim civitas fuit, ac templum Canonicorum S. Augustini, qui suberant Archiepiscopo Narbonensi. Sed Papa Paulus III anno c^lo lxxxvi transiit sedem eorum in urbem Montis Pessulanæ. Tritthemius, & alii, appellant Magolensem, sed perperam, ut Sweertio bene observatum. Carmine hic, idque libris novem condidit Alexandreida, sive libros ix de gestis Alexandri M. Henricus Gandavenis in Catalogo cap. xx, hoc de libro sic scribit: *Qui in Scholis Grammaticorum tantæ dignitatis est hodie, ut præ ipso veterum Poëtarum lectio negligatur.* Msum ejus exemplar exstat Cantabrigiæ in Bibliotheca publica: atque alterum in Collegio S. Benedicti. Prius illud exaratum anno c^lo c^c LXIV. Præfatio incipit, *Moris usitati.* Etiam Oxonii Msus in Bibliotheca Bodleiana. Præterea librum reliquit de Mahumeto, qui Msus.

Msus supereft in Monasterio Affligemensi. Ut nihil dicam de epistolis in Psalterium; aut de morali dogmate Philosophorum: quod opus Msum adservatur Gandavi apud Carthusianos. Eruditii quidam viri Castellione obiisse putant, propter illud monostichum, quod apud antea memoratum Henricum Gandavensem legere est:

*Insula me genuit, rapuit Castellio nomen.
Integrum si epitaphium voles, sequebatur,*

Perfle repisque modis Gallia tota meis.

Puto ego prioris versus aliam esse mentem: Nempe ut dicatur, Insulæ quidem natum esse, eoque Insulensem dici debuisse, sed hoc nominis patriæ urbi erectum esse eo quod vulgo diceretur Philippus à Castellione. Henricus à Gandavo, Sixtus Senensis, atque alii quidam, duos memorant Guilhelmos Insulenses: sed unus idemque est. De hoc Gualtero tale est judicium Barthii Adversariorum lib. xxx, cap. i, ubi ait: *Esse melioris ingenii, quam atatis, scriptorem.* Et lib. xxii, cap. xv: *Philippus Gualtherus, homo pro eo aero ingeniosus, eruditus, eloquens, modo argumentias Scholasticas cavisset, & non misceret omnia absque judicio. Sed id virtutum temporum fuit, quod nihil dissimilare poterant, quod scirent, quin quovis loco infervarent; ad ostentationem polymathiae scilicet.* Eodem respexit Ianus Duza præfatione alterā in Annales Batavicos carmine scriptos: sed hic vix dignum ait, qui iterum legatur. Et jam olim eum fugillare non dubitavit Alanus in Anticlaudiano suo, ubi eum Mævium vocat, quem, ut malum Poëtam perstrinxit Maro in Bucolicis. Verba Alani sunt:

— *Priami fortunas intonat illic
Mævius, in cælis audens os ponere mutum,
Gesta ducis Macerūm tenebroſi carminis umbrâ
Pingere dum tentat, in primo limine fessus
Haret, & ignavam queritur torpescere Musam.*

Vbi cùm dicit, eum intonare Priami fortunam, respicit Horatii locum in Arte, ubi Poëtam malum reprehendit, qui sic ordiatur:

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

Rodolphi Habsburgensis, Adolphi Nassovii, & Alberti Austriaci temporibus nimirum an. cl̄cc LXXX, ac deinceps claruit Stephanardus è Vicomercato, Monachus Dominicanus, qui Chronicum carmine reliquit. De hoc diximus in Historicis Latinis lib. ii, cap. LXXI. Vbi & dictum de Stephanardo Flamma, qui idem videtur. Hisus cum nomine legitur carmen de insidiis, quas Episcopus Comensis struxerat Ottoni Vicecomiti.

Anno cl̄cc ece sub Alberto Cæsare fuit Alanus de Insulis, Teutonicus, scriptor operis contra Claudiani Rufinum; unde *Anticlandianus* vocatur.

tur. Hic est ille, qui vocatus *Dotor Universalis*, ob omnium disciplinarum notitiam. Exstat quoque ejus opus de *Planctu naturae*, partim prosa, partim carmine: quod & in membranis habeo exaratum. Sicutum quidem ajunt, sed malo iis accedere, qui Teutonem arbitrantur. In his Trithemius, qui & alia ejus scripta commemorat.

Anno *clo cccv* sedere coepit Clemens Papa ejus nominis quintus. Ad eum Guidus praeful scriptit carmine, quam vocabat *Bibliae Margaritam*.

Anno *clo ccc x*, quando regnabat Henricus VII, Guido Ferriensis, Ord. Prædicatorum, patriæ postea Episcopus, exemplo Petri Rigonis, carmine utriusque Testamenti libros historicè & allegoricè enarravit; atque id Papæ opus *Margaritam Bibliae* inscripsit, &c, quod ætatem satis indicat, Papæ Clementi VII inscripsit. Nec video, quid hic in Tritheatio culper Possevinus.

C A P V T V I I .

De renascente Poësi Latina, à temporibus Ludovici Bavari.

VIdimus bactenus de temporibus Poëtarum prioribus, à primis Latina Poësios incunabulis usque ad quasi moribundam vel etiam mortuam & extinctam. Sed atate Francisci Petrarchæ denuo ea cœpit revirescere.

Nimirum penè extremis Ludovici IV temporibus, sive circa annum *clo ccc xl*: quando Petrarcha longe lateque diffundere coepit ingenii divini, doctrinæque mirandæ varia monumenta.

Ioannis Boccacii hujusmodi de eo judicium est praefat. operis de genealogia Deorum: *Præclarissimi viri Fr. Petrarchæ jamdiu ego auditor sum. homo est celesti ingenio præducus, & perenni memoria, at & facundia admirabilis.* Hujusmodi elogiorum pleni sunt libri. Contentus nunc ero hoc Desiderii Erasmi in Ciceromano suo: *Resloquentis eloquentie princeps apud Italos videtur fuisse Franciscus Petrarcha, sùa etate celebris ac magnus; nunc vero est in manibus ingenium ardens, magna rerum cognitio, nec mediocris eloquendi vis. Subiungit deinde, Blondum ac Boccacium hoc inferiores fuisse, tum in dicendi viribus, tum in Romani sermonis proprietate.* Ac loquitur quidem ille de eloquentia Oratoria. Nobis verò sermo nunc de Poëtica: cuius luculentum documentum habemus in Africæ libris

libris ix, quibus bellum Punicum exposuit. Nimirum deperiisse putabatur Silius Italicus, qui demum temporibus Concilii Basiliensis in Germania est inventus. Hoc Africæ opus ut sibi dicaretur, petiti à Petrarca Robertus Hierosolymorum, & Siciliæ rex, teste discipulo ejus Io. Boccatio lib. xv Genealogiæ Deorum, cap. xiiii. Complura de Petrarca diximus in Historicis Latinis lib. iii, cap. i. Vbi natum dicebamus anno cIɔ cce iv: clarusle autem cIɔ ccc xl, ac proximis xxv annis: obiisse septuagenarium an. cIɔ ccc lxxv. Pomparam funebrem, qua elatus, descripsit Henricus Calderius lib. vi, cap. xcii de gestis & origine Patavinorum, sive quis alias ejus operis est auctor. Verba ejus, quæ mihi suggestit clarissimus Pignorius, apponam, eo libentius, quia scriptor is nondum lucem vidit: *Anno cIɔ ccc lxix Franciscus cognomento Petrarca, Poëta celeberrimus, Ecclesiae Cathedralis Paduae Canonicus, in pago Arquato, hanc tamen viri fama in obscuro, non sine omnium gravissimo dolore, ex hac vita xiv Kal. Aug. felix in celum migravit. Cujus funus satis, uti par erat, amplius; viri clarissimi, Franciscus Carrariensis, qui tunc temporis Patavio imperabat, Episcopus quoque, Abbates complures Cœnobiorum, totius urbis ac Diœcesis antistites, Gymnasi Patavini publici Doctores, ac Universitatis scholares cohonestandum religiosissime curarunt. Cujus cadaver pheretra panno ex auro strato, ac umbella iidem aurea pellibus ex armellinis contexta super impositum, cum bis octo viri excellentissime humeris usque ad sacram Arquati ædem publicè detulissent, ibi frater Bonaventura Peraginus*, qui postea fuit Cardinalis, ejus laudes ac vita integritatem funebri oratione illustravit. Hactenus Calderius: verè universa, præterquam de die atque anno emortuali. Nec enim xv Kal. Sext. sed xiv Kal. decepsit. Neque anno cIɔ ccc lxix, sed cIɔ ccc lxxiv, anno plus dicit Matthæus Palmerius in Chronicis. At Volaterranus lib. xxii justum numerum sexennio exsuperat. Siquidem natum ait anno cIɔ ccc iv, obiisseque anno ætatis LXXVI. Vtrumque refellunt verba jam ab eo tempore tumulo inscripta, quo oſta præstantissimi viri condita ea fuere. Apponam ea, prout è marmore ipso descripsit, atque ad me humanissime transmisit Laur. Pignorius:*

* Vide de eo
Scardeonium
lib. 2 rerum
Pacavin.
class. 7.

*Frigida Francisci lapis hic tegit ossa Petrarchæ.
Suscipe Virgo parens animam, fate Virgine parce,
Fessaque jam terris cali requiescat in arce.*

M CCC LXXIIII, xiiii Iulii.

Varia ex variis de Petrarchæ laudibus vide apud Polycarpum Palermum, I. C. Veronensem, de Patria Plinii Senioris lib. 11, cap. vii t. Paullus Manutius Comment. in Ciceronis lib. 1 ad Q. Fratrem epistolam 11: *Franciscus Perracha, Poëta sermonis Italici omnium elegantissimus, Latini veteris hanc valde bonus.* Kk 3 Ets

Etsi verò ad melius de Poësi, ac universis literis, sperandum, signum Petrarcha sustulisset: nihilominus postea quoque, multe in carmine ivere potius desipientium semitā, quam sapientum viā. Imò vix dici potest, quam multi tum quoque amarint, priorum inceptias, ac barbariem. Itaque & vulgo vel fingeabantur, vel paullo ante ficta legebantur carmina insubida sub nominibus magnorum Poëtarum. Ut sub nominibus Macri, Cornelii Galli, Ovidii, atque aliorum.

Exemplo fuerint libri de Vetula, &c alia, quæ superiùs memoravimus.

Anno cl^o cccc claruit Ioannes Gerson, Cancellarius Academiæ Parisiensis: qui non prosa modò, sed carmine etiam permulta scripsit. Ea in operum ejus tomis legere est.

Inter Petrarcham, ac Pontanum, non occurrit melior Maphae Vegio, qui prater epigrammata scripsit librum Aeneidos tertiumdecimum.

Fuit, ut vocant, Datarius Martinæ Papæ, ejus nominis quinti: qui sedidit ab anno cl^o cccc xvii usque ad cl^o cccc xxxi.

1440. Sigismundi & Frederici III Austriae, poësi claruit Conradus Moguntinus: nempe quando imperavit in Galliis Carolus VII.

Magna vero incrementa poësis cœpit temporibus Ioviani Pontani: qui clarere cœpit circa annum cl^o cccc lx, ac septuaginta octo natus decessit anno cl^o l^o v.

Hujus luculentum imprimis elogium habemus apud Franciscum Floridum Sabinum apologia aduersus linguæ Latinæ calumniatores, ubi cum locutus esset de præclaris scriptoribus, qui proximis ducentis aut trecentis annis vixissent, istic subjungit: *Eorum summum esse Iohannem Iovianum Pontanum, necno indignatorem: in quo cum omnia, tum duo præstantissima fuere, quod talem in dicendo copiam, facilitatem, elegantiam, proprietatemque, superioribus annis, extincta pene Latina lingua reddidit, ut florentissimo Augusti seculo natum censem: quodque & carmine unius, & soluta ratione tanum veræ glorie adeptus est, quantum vix in eorum unoquoque separatim non modo recentiores, sed antiquorum eam pauci sint affecuti.* Nam

Nam quid est ejus dialogo jucundius , doctius , suavius ? quos omnes ut effusis non laudem , unicus cerie , quem Actium inscripti , in quo de Virgilianis numeris , & historiae virtutibus proprietateque agit , neminem millesimum ac trecentesimum abhinc annum extitisse , qui veterum authorum vim , robur , artificiumque exactius , quam ille scriptatus fuerit , dilucide ostendit . Quid est enim in heroici carminis majestate , sono , candore , dulcedine , asperitate , gravitate , hilaritate , nitore , altitudine , aliisque ornatisbus , quod ille non in Virgilio ita propriè diligenterque observarit , ut alium neges in eodem opere meliorem existere posse ? Ejusdem vero de Obedientia , Fortitudine , Principe , Liberalitate , Prudentia , Magnanimitate , Immanitate , ac Fortitudine libri , maximam omnium rerum , que in illo fuit cognitionem , singularemque candorem cum summa facilitate legentibus adprime ostendunt . At historiam , quam lepide scripsit ? Quantus exrit in poësi ? Quis Latinorum cælestia cecinit melius ? quis hendecasyllabo post Catullum Pontano anteponetur ? Faciunt hæc omnia , ut iis assentias , qui eum quoddam reviviscentis naturæ miraculum fuisse arbitrantur . Nec quisquam hujus scripta ad Ciceronianam phrasim examinet , quod ne ipsum quidem affectasse satis liquet , cum pluribus verbis usus sit , quæ Ciceroni in mentem nunquam venerunt . Sed non fugit tantus vir obrectatores , quum sint & ii non mediocriter docti , qui eruditissimum Pontano tribuant , judicium admant . Miremur , si non & M. Cicero Romanæ eloquentie Occanus , exuccus , languidus , enervis , aridus , jejunus , ac dissolutus , ab hujusmodi calumniatoribus dictus est . Vide &c , quæ de laudibus ejus viri diximus in Historicis Latinis lib. IIII , cap. VIII.

*H*isdem vero temporibus ac Iovianus Pontanus , etiam Angelus Politianus , cum aliis laudibus , tum carmine excelluit .

Divinum Poëtam vocat Paulus Iovius lib. I de vita Leonis x. Bacchius Vgolinus , epistolâ ad Robertum Salviatum , dicitur alterum cum Pico Mirandula ataris sua miraculum . Erasmus in Ciceroniano de eo sic scribit : Fateor Angelum prorsus Angelica fuisse mente , raro naturæ miraculum ad quodcumque scripti genus applicaret animum . A Colvio , Notis in primum Floridorum Appuleji , vocatur primus Italorum . Scaliger de eodem sic in Castigationibus Catullianis : Marullus ridet Politianum , virum non solum se maiorem , sed & nullo nostræ etatis inferiorem . Quadragenarius obiit , idque eodem anno , quo ac Ioannes Picus Mirandulanus , & Hermolaus Barbarus : nempe anno clccc xciv . De morte ejus sic Ioannes Pierius Valerianus de literatorum infelicitate lib. II : Angelus Politianus nullius ignarus eruditissimis & disciplinae , cum in adversa Medicorum procerum tempora incidisset , inclinantibus jam Petri , quem ipse literis .

literis instituerat, rebus, in eam incidit aegritudinem, ut in multis & variis molestiis cogitationibusque consolationem nullam admittere voluerit, atque ita demum dolore mæstitiaque confectus exspirarit. Quodque illi longè fuit infelicius, conficta in eum turpitudinis fabula, maledicentissimis obrectationibus proscissus, calumniatusque est. Utque ea gens (Florentina) promptissima est ad insimulandum, in invidiam Petri ipsius ignominiosam aliam mortis voluntariae causam universo terrarum orbi magna cum ejus infamia popularunt. Vulgarem tamen opinionem fecutus quoque Paulus Iovius: uti Iovium Iulius Scaliger, cuius illud in Poematis:

Obsceno moreris, sed Politiane furore.

* Tom. 3,
Declamatio-
num pag.
545.

Vt de Melanethone taceam, qui * ait, femeſ ſolum ſacras literas legiſſe, dixiſſeque nullum ſe tempus pejus collocare. Quod & Ludovicus Vi- ves prodidit, ut alios mittam. Id ſanè parum credibile de eo, qui Sacerdos fuerit, ac Canonicus Florentinus. Etiam parum convenire cum eo videtur, quod ipſe Politianus lib. iv, epift. x ſcribat, ſe tempore Qua- dragesimali publicè ſacras literas populo enarrare. Vide & quæ de eo diximus in Historicis Latinis lib. iii, cap. viii.

Anno Christi c15 cccc LX claruit Nicolaus Valla, ſive de Valle; qui carmine Latino reddidit Homeri Iliad. lib. iii, iv, v, xi, (ſed ducenti, & amplius, poſtremi verſus deſiderantur) xvi, ex xix paucula, item xx, & tres poſtremos. Prodiere hi libri primū à morte Vallæ Romæ, anno Christi c15 cccc LXXIV in domo Ioannis de Lignamine Messanenſis: qui ſe vocat S. D. N. familiarem. In eadem editione hic Nicolaus de Valle dicitur Legum Doctor, Basilicæ Principis Apoſtolorum Romæ Canonicus. Additur libros eos complere, vel emendare non potuiffe, morte præventum. Ex eadem edit. cognoscas fuiffē filium Lælii de Valle, I. V. D. & Sacri Consistorii, ac pauperum Advocati. Postea hi libri Basileæ, anno videlicet c15 cccc XL, fuit recuſi, una cum ſex de bello Trojano libris Iosephi Iſcani Angli, Cornelio Nepoti perperam tributis: &c, ut vocant Pindaro Thebanō, ac Homeri libro i, ii, ix, x, Latino carmine ab Vincentio Opſopœo redditis. ut deſiderant liber vi, vii, viii, ix, x, xi, xii, xv, xvi, xvii.

De Franciſco Philepho dixi lib. iii de Historicis Latinis. Idem arte Poëtica ſtuduit nomen propagare. In his libris x Hecatostichorum, quorum quiske ſatyras decem continent; unde hecatostichum ultimam ſic inchoat:

*H.ec, Alphonſe tuo ſurgens centefima tandem
Nomine claudat opus ſatyris hecatosticha centum
Per decadas.*

Fini operis hæc ſubjunxit: *Franciſcus Philephus huic ſatyrarum operi
extremam*

*extremam manum Mediolani imposuit, die Matis, Kal. Decembrisbus, anno
a Natali Christi c^lccc XLVIII. Sed demum duodetriginta annis
post opus hoc prodiit in lucem Mediolani per Christophorum Valdar-
fer Ratisponensem. Nempe jam tum late per Italiam se diffuderant,
qui artem callerent Typographicam, Ignoscendum autem seculo, quo
vixit. Quod crebro adeo in metrum peccat. Ut lib. i Satyrarum, He-
catosticha nona:*

— *Teneat vestibula custos*

Pervigil.

Et post aliquam multa :

Intravit plenis non ultima matula terris.

Lib. vi, Hecatosticha decima :

— *Acribus urit*

Ignibus experient mulieris, in impia lapsu

Flagitia.

Cæteroquin valuit etiam extemporali versu. Vnde Laurentius Hum-
fredus lib. 1.11 de Ratione interpretandi * : *Legimus Franciscum Phi- * pag. 511
lephum Latina, Græca, Lyrica, hexametra, prosaica, ex tempore dictasse.*

*Nec justas laudes detractum i vero Michaëli Mariullo; qui
patriâ licet Constantopolitanus foret; Romanas tamen Ma-
gas magis excoluit, quam Græcas, multumque iis laudis ac-
quisivit.*

Discipulus fuit Ioviani Pontani, Politiano æqualis, sed assiduus ejus
obtrectator, doctrinâ licet inferior; nec par lepore; ut Vivis etiam, alio-
rumque judicium est. Refert de eo Raphaël Volaterranus, cùm hospi-
tio suo esset usus, quo die discessit, eo in Cæcina, amne Hetruriæ, fuisse
submersum. Id factum xvii Kal. Jul. an. c^lxxxix.

*Nec multò post Pontani obitum grande meritò nomen fuit
Actii Synceri Sannazarii:*

Imprimis verò id sibi peperit libris tribus de Partu Virginis: ob
quos luculentum Leonis X elogium meruit anno c^lxxi: iterum-
que à Clemente VII an. c^lxxvi: quo ipso & Romæ in lucem
prodiere cum Lamentatione de morte Christi, Piscatoria, & Eclogis.

*Vt verò à Petrarcha initium est Poësios renascentis: ita tem-
poribus Sannazario eadem jam videtur pervenisse ad vigorem.*

Illum consecuti præstantium Poëtarum alii: & quidem nonnulli pares, aliqui suppares.

Vt Hieronymus Vida, Balthasar Castilionæus, & alii multi, qui avortum, patrum, ac nostra fuerint, vel sint ætate. Horum non est animus numerum inire; præsertim viventium, et si aliqui eos saltem non præterirem, quibuscum amicitiae usus intercessit; qualis ï *maracim* Dominicus Baudius, hospitii usu conjunctus: item collegæ duo, summi viri, Daniel Heinsius, & Casparus Barlaeus: ut jam taceam, seculi nostri grande ornamentum, vel miraculum potius, illustrissimum heroa, Hugonem Grotium, Serenissimæ Reginæ, ac regni Suecici tot jam annos Legatum ad Christianissimum Galliarum Regem.

Atque hæc de temporibus Poëtarum tum Græcorum, tum Latinorum: in quibus omnibus longè fuisse longior, nisi accuratè de Poëtarum singulis differuisse. Lilius Gyraldus Ferrarensis.

Cujus exstat Historia dialogis decem perscripta de Poëtis antiquis; duobus de sui temporis Poëtis: opus sicut magni ingenii, & judicii, sic ingentis doctrinæ, atque industriae: ita ut exspectandum non sit, ne quis deinceps hanc denuo provinciam suscipiat. Est ubi hujus, vel illius Poëtæ historiam, accuratius aliquis tractare valeat, & tanè id in paucis: at ab aggrediundo iterum tam vasto labore non modò eruditorum vulgus, sed etiam sanos omnes deterruit. Videlicet post messem tam luculentam nihil fere nisi quædam spicilegia reliquit. Quare facilem mihi, si nunc brevior fuero, veniam spero.

Eo igitur solo historiam hanc concludam, & Gracis, & Latinis Poëtis, suam laudem deberi. Sed si quis inter eos comparationem instituere volet, minimum inventionis gloria debetur Gracis, quos sibi imitandos præposuerunt Latini. Præterea fastendum Latinos ferè à Gracis vinci lepore; sed vincere gravitate: quia non bene convenient gravis, & lepos, Romani autem graviores, eoque minus culti, ac lepidi.

Quæ & sententia est Antonii Lulli Balearis lib. vii de Oratione, cap. v. *Quorum, inquit, vita severior est, eorum solet oratio tam aridior incutiorque esse, quam gravior: & ex voluptatibus vita delicia omnes existent termino-*

sermonis. Nec propterea tamen accessero Lullo, nimis detrahenti Romanis: sicuti cùm ante proximè allata verba præmittit: *Vi semper mea constat sententia, multa conantur Latini in carmine: sed paucia praeflant, & invià omnia conantur, ut dicitur, Minerva.*

C A P V T . V I I I .

De Poëtis Latinis incertæ ætatis: quos tamen fuisse constet ante tempora Catoli M.

A Mœnus in codd. Mssis vocatur auctor enchyridii veteris & N. T. quod in Prudentii operibus legi solet. Ioannes Sichardius Sedulii esse existimabat. Amœnum vocat & Fabricius in editione Christianorum Poëtarum: item Margarinus Bigneus Tom. viii Bibliothecæ Sanctorum Patrum.

Arrianus Poëta, ut ajunt, Tiberii temporibus vixit, qui & ejus carminibus delectabatur. Ita est in Bibliotheca Gesneri à Simlero in epitomen contracta, & à Wolfio aducta. Ac legas ibidem id tradi à Suetonio Tranquillo. Non dubium, quin respiciatur ad locum illum in Tiberio cap. lxx: *Fecit & Græca carmina, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: ubi pro Rhianum legit Arrianum.* Et sèpe profectò Rhiani vox in *Arrianus* corrupta. Videamus autem an multo meliora sint, quæ de Arriano-Poëta tradidit doctissimus Lilius Gyraldus Historiæ de Poëtis dialogo iv. Ait Lilius Alexandreida fecisse, five de gestis Alexandri M. thapsodias xxiv: item nonnulla poëmata ad Attalum regem Pergamenum. Adhæc ait scripsisse μεθόπεστιν Georgicorum Virgilii. Si poëmata sua miserit regi Attalo, vixerit ante annum urbis conditæ I cxxi. Eo enim Attalus moriens regnum Pergamenum legavit populo Romano. At Virgilius deum natus annis post c. LXIII: nempe anno Vrbis I c. LXXXIV. Quomodo igitur, qui claruit tempore regni Pergameni Virgilium potuit transferre. Imposuit Gyraldo, quod dicat Suidas, inter Arriani opera memoret, εἰς Αἴταλον η περγαμένη ὡν ποίηματα. Quod significet in Attalum. Potuit autem deposito etiam imperio Pergameno, uti Magnum Alexandrum, sic Pergamenum Attalum celebrare. Vel si ad Attalum versus suos miserit, Suidas duos confuderit Arrianos, unum longe antiquiorem Marone, alterum eo juniores. Et maximè eo inclinat animus.

Aulus Sereñus Poëta lyricus. Antiquum esse ostendit, quod ejus meminerit Terentianus. Præter quem meminere Diomedes, & Nonnius. Item Fortunatianus, & Capella, qui ex eo citant hunc ex meris

brevibus versum : *Perit avipedis animula leporis.*

Adhac Servius , & Hieronymus : quorum prior ait *ad instar pro instar dixisse.*

C. Julius Solinus, vide inferius in Solinus.

Calpurnius , alias à Bucolicorum , ut puto , scriptore , Comœdiam scripsit , quæ Phronesis diceretur. Inde Fulgentius Planciades libello de antiqui sermonis expositione citat : *Vbi tu nasiteratus aquam petas.*

Dorcatius Poëta memoratur Isidoro lib. xvi i i Orig. cap. LXIX : ubi pilam sic dici ait à pilis quibus repletur : pilorumque mensuram ostendit istis Dorcatii veribus :

Ne tu parce pilos vivaces condere cervi,

Præcia donec erit geminam super addita libram.

Endeleichus Rhetor , sive Severus sanctus eclogam scripsit de mortibus boum : quam ab Elia Vineto Sanctone acceptam publici juris Pittheus fecit in epigrammatis & poëmatiis veteribus , Lutetiaz editis anno c. I o xc. Vide etiam quæ dixi de Sévero in temporibus Juliani.

Fabius Dorsennus , vel Dossennus , (variant enim codices) Atellani- rum Poëta , Horatio memoratur lib. ii epist. Plinio lib. xiv , cap. xiiii , ubi & ex eo versus. Item citat Festus in *Tremetum* , Monumento ejus hic titulus :

Hospes refite, & sophiam Dossenni legē.

Refert Seneca epist. LXXXIX.

Gannius Poëta , è cuius ii , & iv , versus adducunt , de vocabulo adoris.

Hostilius annales pop. Rom. Ennii exemplo carmine conscripsit : unde versum adducit Priscianus in sexto. Fuit & Hostilius Mimographus , memoratus Tertulliano Apologeticci cap. xv.

Iuuentius Comicus memoratur à Varrone lib. v de l. l. item lib. vi. Imò & apud Agellium lib. xviii , cap. xi i pro *Terentio Iuuentius* reponendum ; ut rectè observatum Iano Rutgerio lib. iv Var. Lect. cap. xix.

Lælius inter Poëtas refertur Lilio dial. iv , ac *Epona ipsa* reliquissime dicitur. Et sane sic libri plerique. At non minus corrupte , quam cum in nonnullis codd. *Erotopægnia* legitur pro *Erotopægnia*. Poëta vero is dictus *Levius*.

Lævius Poëta Centauros edidit : unde Festus in voce Petrarum citat : *Vbi ego sepe petris. Idem Epona ipsa* scripsit : ut valde verisimile sit apud Appulejum in Apologia pro *Lalium* debere *Levium* rescribi , quando sex jambicos dimetros refert , planè pertinentes ad lusus amatorios.

Lentil-

Lentulus mimographus laudatur Tertulliano lib. de Pallio, cap. iv.
Idem Lentulus signatur in Apologetico, ubi cum Hostilio sociatur.

Mummius, post Novium, & Pomponium, diu jacentem Atellana-
rum artem suscitavit: ut scitibit Macrobius lib. i Saturnal. cap. x. Fal-
lilur Petrus Crinitus*, cùm ait à Macrobio esse scriptum: *Post No-*
vium Pomponius atque Mummius præclarri habentur. Nam contra apud
Macrobius Mummius post Novium & Pomponium dicitur claruisse.
Hujusce Mummi versus, quos mox adducit Macrobius, sic numeris
reddere conatus Lipsius †:

— *Nostrī majores velutī bene*
Multa instituere, sic hoc optimē, frigore
Fecere summo dies septem Saturnalia.

Sed sic quoque numeri claudicant. Censeo duos fuisse trochaicos te-
trametros sive octonarios catalecticos, hoc pacto :

— *Nostrī majores velutī bene multa, instituere hoc optimē,*
A frigore fuisse summo septem Saturnalia.

Instituere τετραντάδες, extulit Poëta. Particulam sic perperam in-
fersit Lipsius, cùm apud Macrōbium non sit. Vocem *dies expunximus*,
natam è glossemate. Quandoque eam intelligi solere, indicat hoc No-
vii paullo ante memorati nobis :

— *Olim exspectata septem veniunt Saturnalia.*

Puto apud Novium fuit *Quando olim*, vel simile, ut & is sit trochaicus,
quales anteā è Mummo adlati.

Osidius, sive Hosidius Geta Medeam Tragoediam ex Virgilio plenif-
simè expressit; ut est apud Tertullianum libro de præscriptionibus ad-
versus Hæreticos. Cento est ex Virgilianis versibus confessus: de quo
Salmasius Notis in Historiæ Augustæ scriptores. Non puto esse eum
Hosidium Geram, qui à Triumviris proscriptus, à filio autem est serva-
tus: ut est apud Appianum lib. iv belli Civilis, ac Dionem lib. XLVII.
Nam eo tempore nullum adhuc Virgilii nomen erat. Fortasse igitur
filius fuit, qui patrem dicitur servasse. Nisi C. Hosidius, qui sub Clau-
dio, licet neicum Consul, Consulares meruit honores: ut est apud
Dionem lib. LX.

Rutilius Geminus præter Pontificales libros, unde quedam de fra-
tribus arvalibus citantur, scripsit Tragoediam Astyanacta. Meminit
Fulgentius Planciades in Expositione Verborum.

Severus Rhetor & Poëta Christianus carmen scripsit de mortibus
boum. Quod exstat in Bibliotheca SS. Patrum Tom. VII, edit. II.
In Possevini Apparatu Sacro inceptè editum *Severini Rectoris de moribus*
boum. Carmina est bucolicum Asclepiadeis, & Glyconii versibus.

* lib. i de
Poëta Lar-
tinus, cap.
18.

† lib. i Sa-
turn. cap. 4.

Querimoniam continet hominis gentilis de pestilentia armenta tota tollente, & consilium hominis Christiani de agnoscendo Christo, cuius crux & hominibus medeatur, & mutis animantibus.

C. Iulius Solinus, cuius Polyhistora habemus, etiam Ponticon scriptis carmine hexametro. Fragmentum ejus est in poëmatiis veteribus Collectionis Pithæanæ †.

<sup>t pag. 122.
edit. Paris.
an. 1590.</sup> Succius Comicus Fulgentio Placiadi memoratur. In fabulis ejus fuit Piscatoria.

Suevius, Poëta epicus, *vir longè doctissimus* dicitur à Macrobio lib. 11 Saturnal. cap. xiv. Ibidem ex ejusdem idyllo, quod inscripsérat *Moretum*, adducit octo versus continuos. In quibus, ubi vulgo legitur,
— *fera proelia bello*

In Persas retulere:

Legi debet tetulere, ut simile sit illi Enniano,
Iliadu nepos, quas arumnas tetulisti.

Meminit & cap. proximo, ubi docet Persicum in malis numerâsse. Adducit & versiculum lib. vii, cap. 1: ac hemistichium libri ejusdem cap. v Scaligero Notis in Moretum, (quod perperam Maroni attributum, ac, ut censet Scaliger, potius est Auli Septimii Severi) non Suevius, sed Succius vocatur. Sed constans adeò lectio est tot Macrobi locorum, ut non putem *Suevii* nomen mutandum. Et metuō, ne *Succius* aliis fuerit.

Symposium carmine hexametro ænigmata centum conscripsit: quæ Iosephus Castalio Anconitanus I. C. Scholiis illustravit. Sunt verò non invenusta; utcunque Lilius Gyraldus haut magni ea fecisse videatur, in libello de Ænigmatis; ubi adfert Symposium ænigma de somno. Sed præter ea, quæ excusa habemus, superfluit alia satis frigida, aliqua etiam obscena: quæ iccirco omisla. Et propter ista sic Lilius scriplerit, qui conspexerat opus integrum.

Terentius Libo Fregellanus, Poëta, diversus à Terentio Afro libertino, cuius sex Comœdias habemus. Meminit ex Metio Donatus in iis, quæ vitæ Terentii ex Tranquillo descriptæ subjunxit.

C A P V T I X.

De Poëtis Latinis incertæ ætatis, qui fuerint post tempora Caroli M.

^{* pag. 224.} **A** Ntagammaratus Lilio * memoratus, sed negat se nosse ætatem. Decionus Emeritensis, Poëta at Philosophus fuit.

Dra-

Dracontius hexaëmeron , five de opere sex dierum , scripsit carmine heroico . Primi è Bibliotheca S. Victoris edidere Parisiensis : postea que mendis aliquot sublatis Georgius Fabricius : hinc Bibliothecæ SS. Patrum à se editæ editione 11 , Tom. viii , inseruit Margarinus de La-Bigne .

Facetus Poëta memoratur Lilio * sed in iis , quorum ætatem ignoret . ^{* pag. 224.}

Floretus Poëta à Lilio † refertur : sed negat se scire , quando ^{† p. 224.} vixerit .

Gamphredus novam condidit Poëticam : ut ait Lilius dial. v Hist. Poët. *

Ioannes Nantuellensis Anglicus Archithenium scripsit , quod ita ab argumento vocavit . De hoc sic Lilius Hist. Poët. dial. v † : *Eius qui- dem carmina turgida , & sonora , sed incondita , & barbara : nihilominus ea non legisse vos pigeat .*

Paraphili elegos , se puero , legi in scholis solere , auctor est Lilius Gyraldus Hist. Poët. dialogo v .

Romulus ad Tybertinum filium fabulas carmine scripsit , quas Aesopicas nuncupavit , quia Aesopum in fingendo imitaretur .

^{* p. 224.}



I N .

INDEX POETARVM,

Quorum Nomina in hoc

DE POETIS LATINIS

Opere recensentur.

A.

A bbو.	71
Abronius Silo.	37,38
Actius Syncerus Sannazarius.	81,82
Acuticus.	8
Adelmus, <i>vide</i> Aldhelmus.	
Adrianus Cæsar.	51
Ælius Saturninus.	38
Æmilius Macer.	28
Æmilius Scaurus.	39
Afranius.	12,13
Alanus de Insulis.	75,76
Albinus.	19
Alcimus Ecdicius Avitus.	63
Aldhelmus.	68
Alphenus Varius.	22
Alphius Avitus.	38,39
Alphonsus Toletanus, <i>vide</i> Hildephonius.	
Alpinus, <i>vide</i> Cornelius Alpinus.	
Amatus.	73
Ambrosius Episcopus.	57
Amoenus.	57,83
Angelus Politianus.	79,80
Anianus, <i>vide</i> Festus Avienus.	
Annæus Corætus, <i>vide</i> Corætus.	
Annæus Florus, <i>vide</i> Florus.	
Annianus.	51,52
Anser.	24
Anthelmus, <i>vide</i> Aldhelmus.	
Antigammaratus.	86
Antitius Sofianus.	45
Apollinatis.	49
Apollonius Collatius.	69
Aquilius Severus.	55

Aquinus.

Arator.	65
Aristius Fuscus.	34
Arrianus.	83
Aruntius Stella.	47,48,49
Afinius Gallus.	37
Afinius Pollio.	22,23
Atta, <i>vide</i> Titus Q. Atta.	
Atticus.	16
Attilius.	7
Attius.	6,7

Attius Labeo, *vide* Labeo.

Avienus, <i>vide</i> Festus Avienus.	
Augustus Cæsar.	22,23
Aulus Sabinus, <i>vide</i> Sabinus.	
Aulus Serenus.	83
Aurelius Olympius Nemeianus.	53
Aurelius Prudentius.	57
Ausonius Burdigalenus.	55

B.

Balthaſar Castilionus.	82
Bassus, <i>vide</i> Cæsius & Sallejus Bassus.	
Bavios.	24,25
Beda Venerabilis.	68
Boëthius, <i>vide</i> Severinus Boëthius.	

C.

Cæcilius Comicus.	5,6,10
Cæcilius Cyprianus.	53
Cælius Sedulius, <i>vide</i> Sedulius.	
Cæsius.	17
Cæsius Bassus.	44
Calidius.	25
Calphurnius Brixiensis.	84
Calphurnius Siculus.	53
Camerinus.	36

Canius

I N D E X.

C anius.	47,49	E.	
Capella.	35	Ecdicius Avitus. <i>vide Alcimus</i>	
Carus.	<i>ibid.</i>	Ecdicius Avitus.	
Calpurnius Barlaeus.	82	Ena, <i>vide Sextilius Ena.</i>	
Cassius Severus.	23,24	Endeleichus.	84,85
Cato.	15	Ennius, <i>vide Quintus Ennius.</i>	
Catullus.	14,16,17,18	Ennodius Ticinensis.	64
Cicero, <i>vide</i> Quintus & Tullius Ci- cero.		Ericus Altissiodorensis.	70
Cilnius Mecænas, <i>vide</i> Mecænas.		Ethelwolphus Bernicius.	69
Cinna.		Euodus Rhodius.	45
Claudianus.	19	F.	
Claudianus Mamertus.	57	Fabius Dorfensis.	84
Claudius Marcius Victor.	62	Facetus.	87
Cnæus Aquilius.	63	Fannius.	34
Codrus.	8	Faustus.	47
Codrus.	24	Fenestella.	39,40
Cominius.	24,47,49	Ferius Hilpericus.	69
Conradus Moguntius.	39	Festus Avienus.	55,56
Corippus.	78	Flavius.	58
Cornelius Alpinus.	66	Floretus.	73,87
Cornelius Gallus.	31,32	Florus.	51
Cornelius Severus.	22,25,26	Fontanus.	35
Cornelius Sylla, <i>vide</i> Sylla.	33,34	Franciscus Petrarcha.	76,77
Cornificia.	22	Franciscus Philelphus.	80,81
Cornificius.	20,22	Fulbertus Carnotensis.	71,72
Cornutus.	43	Fulgentius.	47,48,61
Cotta.	35,36	Furius.	12
Curiatius Maternus.	47,48	Furius Bibaculus, <i>vide</i> Marcus Furius Bibaculus.	
Cætius Montanus.	<i>ibid.</i>	Fuscus, <i>vide</i> Augustus Fuscus.	
Cyprianus, <i>vide</i> Cæcilius Cyprianus.		G.	
D.		Allienus Cæsar.	53
Damasus.	56	Gallus Milo.	70
Daniel Heinlius.	82	Gamphredus.	87
Decius, <i>vide</i> Laberius.		Gannius.	84
Devonius Iscanus, <i>vide</i> Josephus Exo- nenis.		Gentulicus, <i>vide</i> Lentulus Gentulicus.	
Dominicus Baudius.	82	Germanicus Cæsar.	38
Domitianus Cæsar.	47,48	Gildasius Brito.	59
Domitianus Germanicus.	38	Godelbertus.	64
Domitius Marsus.	34	Gordianus Cæsar Pater.	53
Dorcatius.	84	Gracchus.	23
Dracontius.	87	Gratianus Cæsar.	55
Drepanius Florus.	67	Gratius.	32
		Gualtherus Castellionius, <i>vide</i> Philip- pus Gualtherus Castellionius.	
		Guido Arabianensis.	73
		Mm Guido	

I N D E X.

Guido Ferrariensis.	76	Licinius Calvus.	19
Guidus.	ibid.	Ligurinus.	49
Guntherus.	73,74	Livius Andronicus.	3
Guntherus Elnonensis.	74	Lucanus.	40,41
H.		Lucilius.	9,11,12
H Elpis.	63	Lucius Fenestella, <i>vide</i> Fenestella.	
Helvius Cinna, <i>vide</i> Cinna.		Lucretius.	13,15
Hieronymus Vida.	82	Lupus Siculus.	35
Hilarius Pictaviensis.	55	Luscius.	11
Hildebertus.	73	Lustricus Brutianus.	49
Hildegodus Toletanus.	67	Lutorius Priscus.	38
Honorius Papa.	ibid.	M .	
Horatius.	26,28,29	Acer.	28
Hortensius.	15	Macer, <i>vide</i> Æ milius Macer.	
Hostilius.	84	Mævius.	24,25
Hostilius Mimographus.	ibid.	Mamertus, <i>vide</i> Claudianus Mamert.	
Hostius.	21	Manilius.	36
Hugobaldus.	70	Manlius Theodorus.	ibid.
Hugo Grotius.	82	Maphæus Vegius.	78
Hydalbertus.	73	Marbodus Gallus.	72
I .		Marcellus.	56
Ioannes Gerson.	78	M. Benedictinus.	65
Ioannes Nantuellensis.	87	M. Furius Bibaculus.	12,15,16
Iosephus Exoniensis.	74	M. Marullus.	52
Iovianus Pontanus.	78,79	M. Popilius.	11
Isidorus.	64	Marcus Vnicus.	49
Julius Cæsar.	20	Marius.	35
Julius Calidius, <i>vide</i> Calidius.		Marius Victor, <i>vide</i> Claudio Marius Victor.	
Julius Montanus, <i>vide</i> Montanus.		Marius Victorinus.	55
Julius Paulus.	52	Marsus, <i>vide</i> Domitius Marsus.	
Iuvenalis.	45,46	Martialis.	45,46
Iuvencus.	54	Martianus Capella.	66,67
Iuventius Comicus.	84	Maternus, <i>vide</i> Curiatias Maternus.	
L .		Mattius.	20,21
Abeo.	44,45	Maximianus.	34
Laberius.	18,20,22	Mecenas.	26
Lactantius Firmianus.	54,55	C. Melissus.	35
Lævius.	84	H. Melissus.	ibid.
Lappa, <i>vide</i> Rubrenus Lappa.		Memmius.	35
Largus.	36	Memor, <i>vide</i> Scæva Memor.	
Latronianus.	56	Michæl Marullus.	81
Lentulus Gentulicus.	42	Montanus.	36
Lentulus Mimographus.	85	Montanus, <i>vide</i> Curtius Montanus.	
Licentius Hippomenis.	58	Mummius.	85
Licinianus.	49	Musæus.	50
Licinius Imbrex.	5	N avius.	

I N D E X.

N.

N ævius.	34
Nemesianus , <i>vide</i> Aurelius O-	
lypius Nemesianus.	
Nero Cæsar.	43
Nicolaus Valla.	80
Ninnius Crassus.	21
Novius.	13
Numa.	35
Numerianus Cæsar.	54
O.	
O ctavius.	34
Octavius Augustus , <i>vide</i> Augu-	
stus.	
Optatianus Porphyrius.	54
Orentius Tarracensis.	65
Ofidius Geta.	85
Ovidius.	20,22,29,30,31
P.	
P acatus Drépanius.	67
Paccius.	47,49
Pacuvius Tragicus.	6
Palæmon, <i>vide</i> Rhemnius Palæmon.	
Pamphilus.	87
Papinius, <i>vide</i> Statius Papinius.	
Paro.	25
Passienus.	47,50
Paulinus.	57,58
Paulus Diaconus.	69
Pedo Albinovanus.	32
Perfius.	40,41
Petrarcha, <i>vide</i> Franciscus Petrarcha.	
Petronius.	40,41
Petrus Apollonius Collatius , <i>vide</i> A-	
pollonius Collatius.	
Petrus de Riga.	73
Phædrus.	38
Philephus, <i>vide</i> Franciscus Philephus.	
Philippus Gualtherus Castellionius.	
Philistio.	74,75
Plautius.	29
Plautus.	9
Plotius.	3,8
Plotius Crispinus.	14
Plotius Tucca.	26
	27,28

Politiānus, <i>vide</i> Angelus Politianus.	
Polla Argentaria.	41
Pomponius Bononiensis.	13,14
Pomponius.	60
Pomponius Atticus, <i>vide</i> Atticus.	
Pomponius Secundus.	43
Pontanus, <i>vide</i> Iovianus Pontanus.	
Ponticus.	34,35
Popilius, <i>vide</i> M. Popilius.	
Porcius Licinius.	4
Porphyrius, <i>vide</i> Optatianus Porphy-	
rius.	
Priscianus.	65
Priscus.	35
Proba Falconia.	60
Proculus.	35
Propertius.	31
Propertius Vmber.	<i>ibid.</i>
Prosper Aquitanicus.	60
Prudentius, <i>vide</i> Aurelius Prudentius.	
Publius Licinius Tegula.	5
Publius Syrus.	20,22
Q.	
Q Vinctus Cicero.	17
Quinetus Ennius.	4
Quinctus Fabius Labeo.	11
Quinctus Lutatius Catulus.	12
R.	
R abanus Maurus.	70
Rabirius.	24,25
Rhemnius Fannius.	54,56
Rhemnius Palæmon.	42,43
Rhosota Monialis.	71
Romulus.	87
Rubrenus Lappa.	47
Rufus Asterius, <i>vide</i> Turcius Asterius	
Rufus.	
Rufus Festus Avienus , <i>vide</i> Festus	
Avienus.	
Ruficus Helpidius.	64
Rutilius Claudius Numatianus Gal-	
lus.	
Rutilius Geminus.	58,59
S.	
S Abellus.	85
Sabinus.	50
	32,33
	Saler-

I N D E X.

S alernitanæ Scholæ Autores.	72	Theodolus.	64
Saliæres Hymni.	2	Theodoricus Leodiensis.	74
Sallejus Bassus.	47,48	Theodorus.	49
Salvianus Massiliensis.	62	Theodulphus.	70
Sannazarius, <i>vide</i> Actius Syncerus Sannazarius.		Thuscus.	36
Scæva Memor.	47	Tiberianus.	54
Sedulius.	60	Tiberius Cæsar.	38
Seneca.	40	Tibullus.	22
Serenus Samonicus.	52	Titianus.	56
Severinus Boëthius.	62,63,64	Titius.	12,13
Severus Sanctus, <i>vide</i> Endeleichus.		Titius Septimiusr.	33
Sextilius Ena.	31	Titus Cæsar.	47,48
Sidonius Apollinaris.	60,61	Titus Q. Atta.	13,14
Sigebertus Gallus.	73	Toxotius.	53
Silius.	40,41,42,67	Tullius Cicero.	14,16,17
Silones duo, <i>vide</i> Abronius Silo.		Turanius.	35
Solinus.	86	Turcius Rufus Asterius.	63
Statius Papinius.	45,46	Turnus.	47
Statius Surculus.	45	Turpilius Comicus.	11
Stella, <i>vide</i> Aruntius Stella.		V.	
Stephanardus è Vicomercato.	75	V alerius Cato, <i>vide</i> Cato.	
Strabo.	14	Valerius Flaccus.	45,46
Strabus Fuldensis.	70	Valerius Soranus.	20
Succius Comicus.	85	Valgius.	34
Snevius.	86	Varius.	27,28
Suffeaus.	17	Varro Atacinus.	18,21,22,64
Sulpicia.	45,47	Varro Romanus.	14,17,18,25
Syenes.	50	Varus.	24,28
Sylla.	14	Venantius Fortunatus.	55,65,67
Symposium.	86	Vibius Passienus.	50
T .		Victorinus Pictavienus.	53
Terentianus Maurus,	45,47,59	Victorius.	62
Terentius.	9,10,11	Virgilius.	15,16,17,18,22,26,27
Terentius Libo.	86	Virgilius Romanus.	51
Tertullianus.	52	Voconias Victor.	49
		Votienus.	50

F I N I S.

